ſtro dux de⁹ eſt. Saluatoꝛ dꝛ etiam chriſt⁹
q̄ interp̄tatꝛ vnctus. Unde in p̄s. Unxit te
deus de⁹ tuus oleo leticie p̄ cōſoꝛtib⁹ tuis.
Iſa. lxj. Spūs dn̄i ſuper me. eo q̄ vnxerit
me. Eſt aūt ita abunde vnctus q̄ de eius
vnctione tota vngitꝛ ⁊ nūc eccl̄a. Ungētuꝫ
em̄ q̄d eſt in capite xp̄i deſcendit in barbā
Aaron. i. p̄latoꝝ. et etiā vſqꝫ ad oꝛam ve/
ſtimenti cuiuſlibet fidelis xp̄iani. Omnes
em̄ de plenitudine eius accepim⁹. Iohā. j.
Notandū q̄ dꝛ de Dauid q̄ ter fuit vnct⁹.
Primo in domo patris ſui. j. Regum. xvj.
Secundo in hebꝛon ſuper Iudam tm̄. ij.
Regū. ij. Tertio in hebꝛon ſup oīnes trib⁹
iſrael. ij. Regū. v. Ita vir iuſt⁹ p̄mo vngitꝛ a
dn̄o. q̄m adhuc ei exiſtenti in domo patriſ
ſui dyaboli. ſiue i peccato moꝛtali dat gra/
tiam gratis datam dicēs illud in p̄s. Ob/
liuiſcere domū patris tui. Scd̄o inungitꝛ
in hebꝛon. q̄d interp̄tatꝛ ꝯiugiū. Qn̄ em̄ da
tur ei grā gratū faciens. tūc fit ꝯiugiū int̄
deū et animā. Oſee. ij. Sponſabo te mihi
in fide. Et ſicut Dauid poſt hāc vnctionē
multas tribulatōes paſſus eſt a filio ſuo ⁊
rebelliones. ſic vir iuſt⁹ poſt hec patitꝛ ma/
gna mala a mūdo dyabolo ⁊ a carne ꝓpria
Eccī. ij. Accedens ad ſeruitutē dei ſta in iu
ſticia ⁊ in timoꝛe. ⁊ p̄para aīaꝫ tuā ad tēpta
tionē. Tertio vngitur in hebꝛon. q̄d inter/
p̄tatur aliter viſio ſempiterna. Quando in
regno celoꝝ traditꝛ ei ſtola anime. ⁊ quādo
traditꝛ ei ſtola coꝛpis. tunc dabitꝛ ei gaudi/
um p luctu. palliuꝫ laudis p ſpū meroꝛis.
Iſaie. lxj. Iſte etiaꝫ vnctiones ſignificant
alias tres. Nam p̄mo vngitꝛ vir iuſtus in
bethleem. i. in coꝛde q̄n̄ datur ei grā contri
tionis p peccatis. Scd̄o in hebꝛon ſuper
Iudam. q̄n̄ datur ei grā ꝯtritiōis ꝯfitēdi
peccata. Tertio ſup omnes tribus. cū datꝛ
ei grā ſanctificatiōis ſup om̄ia mēbꝛa coꝛ/
poꝛis. Roꝫ. vj. Sicut exhibuiſtꝭ coꝛpa vr̄a
ſeruire neq̄tie. nūc exhibete ſuire iuſticie.
Ad hec tria ſignificanda vngitꝛ ter homo.
ſcꝫ in baptiſmo. in ꝯfirmatōe. ⁊ in egritudi
ne. Ultimo ſaluatoꝛ dꝛ rex. De quo in p̄s.
Deus iudiciū tuū regi da. Innocenci⁹. id
eſt. da iudiciariam p̄tātem xp̄o. qui eſt rex.
Unde Apoc. j. dꝛ. Princeps regum terre.
Et eiuſdeꝫ. xix. In veſtimento ⁊ in femoꝛe
ſuo ſcriptum habebat. Rex regū ⁊ dn̄s do
minantiū. Per veſtimentū ſignificatꝛ hu/
manitas. Per femur diuitas. Femur em̄
eſt p̄ncipiū generatiōis. Et ip̄e ſm q̄d de⁹
eſt totius bonitatis fons. Et ſm vtrāqꝫ na
turā rex eſt. Unde Hiere. xxiij. Regnabit
rex ⁊ faciet iudiciū ⁊ iuſticiā. Nō ſolū autē
iſte rex iudicat ſed etiā regit. Un̄ i p̄s. xxij.
dꝛ. Regit me ⁊ nihil mihi deerit. Sꝫ opti/
mus rex ſub q̄ nihil indigentie. nihil mole/
ſtie accidit. Regit vt dux viatoꝛē ne deuiet
vt lux ī tenebꝛꝭ ambulantem ne exoꝛbitet.
vt paſtoꝛ gregem ne a lupis pereat. Regit
etiā vt nauem remus inter ꝓcellas ne ſub
mergatꝛ. exercitum regit vt ſeſſoꝛ equū. re/
git peccatoreꝫ vt manu ducens cecū. et ita
multipliciter ſecūdum multiplices noſtre
infirmitatis defectus. ita vt nihil deſit no/
bis ſub eius regimine. Unde Luce. xxij.
dꝛ. Quando miſi vos ſine ſacculo. nūquid
aliquid vobis defuit. Reſponderunt apo
ſtoli. Non. Uere nichil deeſt illi qui habet
chriſtum qui eſt omnia in omnibus. j. Co
rinth. xv. Nos ergo ſequentes ducem iſtū
benigniſſimū per ſtellam fidei et clare co/
gnitionis. offeramus ei hodie aurum pu/
re dilectionis ſicut regi magno. Mirram
contritionis amare vt puero. Thus deuo
te oꝛationis. vt Chriſto ſacerdoti magno
vt ſic offerentes ei in p̄ſenti. mereamur
tandem ab eo in celo remunerari. Quod
nobis preſtare dignetur pater et filius et
ſpiritusſanctus. Amen.

# In die purificationis Marie

In die purificationis Marie.
Sermo XIIII.

Impleti ſunt di
es purgationis marie. Luc. ij.
Si ꝯſideremꝰ fr̄es excellētiſſi
mū huiꝰ diei myſteriū. abſq; dubio tanto
deuotiꝰ ſolennitatē eius celebrabimꝰ q̄n
to maioribꝫ muneribꝫ diuīe pietatis vide/
bimꝰ decoratū. Dicit eñ Ambro. in ſmo/
mone feſtiuitatis p̄ntis q̄ tantis muneribꝫ
diuia pietas diē hanc illuſtrauit. vt om̄is
etas. om̄is ſexus om̄is cōditio hoīm inde
cōſoletur. Hodie eñ iuxta legis p̄ceptū
pactis a natiuitate xp̄i. xl. diebꝫ. in tēplo eſt
a parentibꝫ idē dn̄s nr̄ ih̄s xp̄s deo p̄ri p̄re
ſentatꝰ. Hodie a btō Symeone ſuſceptꝰ.
patri cū ſacris muneribꝫ eſt oblatꝰ. Hodie
redemptionē iſrl' expectantibꝫ ab eodē ſy/
meone ⁊ anna publice eſt p̄dicatus. Et ſe/
quit. O q̄ piū ſpectaculū. Stat hic virgo
⁊ mr̄. nō cuiuſcūq; ſed dei. Suſcipit h̄ par
uulus v̄ginis filiꝰ. cuiꝰ diuinitatē non ca
pit mūdus. Occurrūt hincinde ꝓphe ꝓphe
taq; de puero vterq; ſexus. offert oblatio
ꝓ puero. nō tn̄ que delicta emūdet ſ; que
ſacramēta declaret. Hec Ambro. Ex qui/
bus p; q̄ ſunt huiꝰ diei gaudia. q̄ p̄ſentis
ſolēnitatis oblatio. que nr̄e ſalutis myſte/
ria. Om̄ nō ſolū in laude; eximie virginis
p̄ns celebrat ſolennitas. ſed etiā ad hono/
rē filij ſui. imo filij dei q̄ hodie oblatꝰ eſt p
nobis deo patri recenſet memoria. De cu/
ius oblatione ⁊ mr̄is ſue benedicte purga
tione dicit in v̄bis thematis. Impleti ſūt
dies purgatiōis marie. Circa iſtiꝰ feſti ſo/
lennitatē tria ſunt ꝯſiderāda. Primo cōſi/
derandū eſt de glioſe marie purificatione.
Scd̄o de xp̄i p̄ntatione. Tertio de mune/
rū p ip̄o oblatione. Vt ſic non tm̄ dicat in
v̄bis p̄miſſis. Impleti ſunt dies purgatio
nis marie. ad marie purgationē poſt par/
tū. ſed ad p̄ntandū deo p̄ri vnigenitū eius.
⁊ offerendū munera p̄ri eterno ſic fieri ſole
bat poſt partum. Ad hec itaq; tria impleti
ſunt dies purgationis marie. A

Dixi primo q̄ circa p̄nte; ſo/
lennitatē cōſide/
randū eſt p̄mo de glioſe marie v̄ginis pu/
rificatione. Eſt aūt ſciendu; q̄ ſm̄ latinos
hec dies d; purificatio marie ideo. q; v̄go
glorioſa iuxta legis p̄ceptū voluit purifica
ri poſt partū. xl. die. licet ip̄a nō indiguerit
tali purificatione. Fecit tn̄ hoc ad nr̄a; in/
formationē. Nā lex ſolū obligabat mulie/
res ꝯcipientes ex ſemine viri ad purificati
onē poſt partū. Conſtat aūt q̄ hec virgo cō
cepit ſine ſemine Iſa. vij. Ecce v̄go cōcipi/
et. Non ḡ tenebat purificari. Cū non fue/
rit ꝯtaminata. Om̄ia eñ mūda mūdis. Et
q̄ mūdus eſt nō indiget lauari. p ꝯſequens
nec purgari. Iohis. xiij. Fuit aūt puritas
v̄ginis huiꝰ excellentiſſima triplici exēplo.
Na; ip̄a fuit in vtero mr̄is ſue ab origina/
li pctō mundata vel potiꝰ p̄ſeruata vt q̄dā
pie ſentiunt. Vn̄ rōne mundatōis a pecca
to originali fuit ſic lux ſplēdidiſſima. ⁊ p cō
ſequēs iterato purgari nō debuit. Sapie
vij. Nihil inquinatū incurrit in illā. Scd̄o
exemplo ſpeculi. Nā de ip̄a d; Sapie. vij.
Q nō ſolū eſt candor lucis eterne. ſ; etia;
ſpeculū ſine macula. Hoc ē dicere. q̄ nō ſo
lum fuit mūda ab originali pctō. ſed etiam
ab actuali veniali q̄ mortali. Nō ſolum eñ
fuit ſanctificata in mr̄e. ſed etiā cū fieri de/
buit dei mr̄. q; tunc fuit multo copioſiꝰ ſan
ctificata. ita q̄ ſp̄ūſſanctꝰ in eā deſcendens.
illā ab om̄i pctō immunē cuſtodiuit. vt dic
Bern̄. in ep̄la ad Lugdunēſes. Per p̄ma;
ſanctificationē fomes remāſit in ea q̄ntu;
ad eſſentiā. Impediebat aūt p grām ſctifi/
cantē. ne in pctm̄ inclinaret aut a bono re/
traheret. Cōtingit eñ hūc ligari aliq̄n ne
in actū exire poſſet. vt ſcientiā p ebrietate;.
Sed in ſcd̄a ſanctificatiōe fomes eſſentia
liter ſubtractꝰ eſt. Immunitatē ergo pecca
ti ꝯſecuta eſt nō p grām confirmantē. ſed p
ligationē fomitis q̄ ad ſctificationē ⁊ p cu/
ſtodiā diuine ꝓuidentie. ſine qua etiā fomi
te om̄i extincto peccare potuiſſet ꝓpter libe
rū arbitriū. vt dic beatꝰ Thomas. Expo/
nens illud Canticoꝝ. Ecce tu pulchra es.
Vnde de hac pctī imunitate glo. exponēs
illud Gr̄a plena dicit. O dn̄a mūdi angeli/
ca ſalutatiōe digna. miraculoſe maternita
tis electione exaltata. lic; vas gr̄e dicta ſis
Scriptū eſt eñ Aue gr̄a plena dn̄s tecu;.
Gratiā tu inueniſti dū tanta pulchritudie
pleniſſime innocētie ſplenduiſti. Tu eñ ſo
la es amicta ſole. nullis trāſgreſſionis te/
nebris obſcuraris. Hec glo. Tertio puri/
tas huiꝰ virginis nō indigens purificatio
ne. Declarat exemplo fontꝭ puriſſimi. De
quo Zacharie. xiij. dicit. Erit fons patens

domui iuda. Et iſta puritas referri poteſt
ad pctm̄ veniale. quo virgo beata caruit eo
ꝙ dicit Auguſtinus. tractās illud .j. Johis
ij. Si dixerimus qm̄ pctm̄ non habem⁹.
noſmetipos ſeducim⁹. Si omēs ſcti que/
rerent an fuiſſent ſine peccato ſaltē venia/
li. nihil aliud diceret. niſi verbū premiſſuz.
Si dixerimus ꝛc. Cum ergo de pctis mē
tionem facio. nullā volo de virgine habere
memoriā. Hec Aug⁹. Ex quo ptz ꝙ etiā ve
niali caruit. In ſignū etiā hui⁹ matrimo/
nio iungi noluit. Conſtat aūt ꝙ actus ma/
trimonialis ſi fuerit cā prolis fit ſine pctō.
Si cauſa vitā de fornicationis fit tunc cū
veniali. Ne ergo veniale cōmitteret elege/
rat eſſe ſine matrimoniali cōiugio. Et licet
angelus ſibi ꝑmitteret filiū dei ex ea naſci/
turū. ꝛ ipam matrē eius futurā. eligebat tm̄
magis eſſe virgo ꝗ̄ tanti dn̄i ꝛ filij dei ma/
ter. Unde Grego. exponens illud. Ecce tu
pulchra es. introducens verbū illud. qm̄
virū n̄ cognoſco. ſic ait. Quid pulchri⁹ aut
purius caſtitate hui⁹ ꝟginis. que ne virgi/
nalis caſtitatꝭ pulchritudinem amitteret.
maluit ꝟgo ꝑmanere ſine tali filio. ꝗ̄ muli
er fieri ꝛ mr̄ filij dei. Deniqꝫ q2 ſe ſibi reci/
piens totū cōmiſit ei qui fabricator ē mun
di. ꝛ mr̄ facta eſt diuino miraculo. ꝛ ꝟgo ꝑ/
manſit in voto. Hec ille. ¶ Sicqꝫ ptz quō
hec virgo ab omī pctō origiali ꝛ actuali tā
veniali ꝗ̄ mortali fuit ſufficiēter ꝑ ſpiritū
ſanctū purgata. Et ideo de cetero non de/
buit purgari. ꝓſertim q̄ ſpū ſancto cōcepit.
ꝛ virgo poſt partū inuiolata ꝑmāſit. Non
ergo tenebat̄ ad purificationē. Uoluit ta/
mē purgari ex triplici cā. Primo vt myſte/
riū natiuitatis chriſti occultaret diabolo.
qđ maiori modo fuerat reuelādū. ſcꝫ in die
paſſionis. Sciebat em̄ illud Thobie. xij.
Quia ſacramētū regis abſcōdere honori/
ficū eſt. Per qđ informat nos vt omīa ſuo
tempore faciam⁹. ꝛ ſic inſtruit temperātiā
in moribꝫ. Nā temp⁹ tacendi. temp⁹ loquē/
di. temp⁹ laboris. temp⁹ requiei Eccles. iij.
Scđo voluit purificari ad oſtendēdū vir/
tutem humilitatꝭ. Sic em̄ cōſulit ſapiens
Ecci. iij. Quanto em̄ maior es. hūilia te in
omībꝫ. Idē. xxxij. ca. Eſto in illis q̄i vnus
ex illis. Tertio ad corrigēdū nr̄e ſuperbie
prauitatē imo peruitatē. Si em̄ hec puri
ficari voluit q̄ ſine pctō fuit. quāto magis
nos purificari debem⁹, ꝛ illa q̄ ꝑ pctōrum

myſtica purgatiōe inſtituta ſunt aſſumere
debem⁹ qui pctis pleni ſumus. Unđ Gre
go. ſup Ezechielē Omel. viij. dic. Penſan/
dū eſt nobis ſi ſine flagello hinc non exijt q̄
ſine pctō fuit ſcꝫ chriſt⁹. q̄ntis nos flagel/
lis digni ſum⁹ qui peccatꝭ pleni ſum⁹. Ex/
emplo em̄ hui⁹ ꝟginis neceſſe habem⁹ pur
gari ſpūaliter in mēbꝫ nr̄is. ¶ B ¶ Et q2
triplex eſt ſtat⁹ fideliū in eccl'ia chriſti. ideo
triplex erit purgatio. Iſti tres ſtat⁹ ſunt in
cipientiū. ꝓficientiū ꝛ ꝑfectorū. Incipien/
tes purgant cōſcientiā. proficientes ordi/
nant eā. ꝛ perfecti vſqꝫ in finem confirmāt.
Primo ergo incipientes debent purgare
domū cōſcientie ab immūdicia pcti. dicen
tes ad dominū illud Ps. Cor mūdū crea
in me deus. Eſt autē ꝯſuetudo apud nos.
ꝙ ancilla mundatura domū prius colligit
ſordes. deinde eijcit eas. Sic incipiens de
bet prius peccatū ꝑmeditare ꝛ colligere in
mente anteqꝫ eijciat illud in ꝯfeſſiōe. Un/
de Iſaie. xxxviij. Recogitabo tibi omēs an/
nos meos. in amaritudine anie mee. ſcꝫ ꝑ
contritionē. Ex quo ptz ꝙ cōfeſſio nr̄a de/
bet eſſe deliberata. Iſto facto debet incipi
ens pala lingue eijcere ſordes conſcientie
extra domū cordis per oſtium oris. Sed
certe quedā domus ſunt ita ꝓfunde ita ob
ſcure ꝙ vix poſſunt mundari. Iuxta illud
Hieremie. Profundū eſt cor hoīs et in/
ſcrutabile. Quis cognoſcet illud. Quantā
em̄ diligentiā ponūt ad abſcondendū. tan
tam debent ponere ad mundādūꝫ. Sunt
alia corda pinguia. ꝙ licet appareāt exteri⁹
purgata. intus tamē remanent maculata.
ꝛ neglecte vt hypocritarū qui omīa exteri/
ora volūt habere pulchra ꝛ ſpecioſa in cō/
uerſatione. intus aūt ſunt pleni omī ſpur
cicia. Mat. xxiij. Illud arguit noſtros cu/
rioſos qui volūt habere pulchrā caligam.
ſed non animā. Tunicā non mentē. Jopu
lam nō conſcientiā. Calceū ſtrictū. ſed con
ſcientiā largam. Hi ſciſcitant̄ in corde in/
honeſta. exteri⁹ vero ſpecioſa. vt dicit Am
broſius. Multū autē fatui ſunt. Quia ꝟm
Auguſti. in quodā ſmone preferūt corpo/
ralia ſpiritualibꝫ. Similes ſunt iſti picto/
ribus qui formāt exterius imagines pul/
chras. ſed cor vitale non poſſunt eis dare.
Sic iſti omīa extra depingūt. cor autēꝫ in
ſe mortificant. Sed audiāt qđ dicit̄ primi
Reguꝫ. xvi. Quia deus intuet̄ cor. Homo

autem ea q̄ foris ſunt. ¶ Sed diceret ali/
q̄s. tñ exterior pulchritudo ſuadet̃ p̱ Apo/
ſtolũ. j. Corinth. xiiij. vbi dicit̃. Omia ĩ vo
bis fiãt honeſte ꝛ ſm ordinẽ. Ad quod re/
ſpõdeo ſm Thomã. ſcda ſcđe. q. clij. arti. j.
Q᷑ cõuerſatio exterior dicit̃ honeſta. inq̄n
tum eſt demõſtratiua interioris rectitudi
nis. Et ꝓpter hoc radicaliter cõſiſtit in in/
teriori electione. q̄ interior electio innote/
ſcit alijs p̱ exteriores actus. Unde hone/
ſtas in exteriori cõuerſatione. ſignificatiue
tñ conſiſtit. id eſt. eſt ſignũ interioris hone
ſtatis. Ex quo infero ꝙ pulchritudo exte/
rior in veſtitu ꝛ apparatu quocũqꝫ in homi
ne vitioſo eſt potꝰ hypocriſis q̄ꝫ honeſtas.
Patet q2 in talibꝫ non cõcordat ſignum cũ
ſignato. Et per ꝯſeq̄ns talis homo ẽ frau
dulentus ꝛ fallax. Et hoc eſt quod ſalua/
tor dicit de quinqꝫ fatuis ꝟginibꝫ. que lam
padas habuerunt exterius pulchras. ſed
oleo deuotionis interius ꝛ caritatis carue
runt Math. xxv. Quiſqꝫ ergo vult purga
re domũ mentis ſue incipiat ab ĩteriori ra/
dice cordis ſui. omnẽ turpitudinẽ mentis
ſue mundãdo. Iuxta illud Iſaie. xiiij. Per
dam Babylonis nomen ꝛ reliquias ꝛ ger/
men ꝛ progeniẽ. Ecce tangit radicẽ pecca/
ti q̄ eſt cogitatio. ex qua germinant oĩa ma
la. Math. xv. Ex corde eñ exeunt cogita/
tiones male. Hinc Iohãnes baptiſta dic̃.
ꝙ ſecuris ad radicẽ non ad ramos ponen/
da eſt. Poſtq̄ꝫ autẽ noſtrũ cor fuerit mun/
datum ab interiori ſorde. ꝛ tunc lauanduꝫ
eſt ꝛ aſpergendũ aqua lachrymarũ ad ab/
ſtergẽdũ puluerem. Et hoc ẽ aq̄ lachryma
rũ ex cõtritionis dolore procedentiuꝫ. De
qua dicit̃ Hierem. iiij. Laua a malicia cor
tuum. Sic lauabat Pſalmiſta. dicens de
ſe. Lauabo per ſingulas noctes lectũ me/
um. lachrymis meis ſtratum meũ rigabo.
Iſto facto eijciendi ſunt pulueres aq̄ con/
ſperſi. ꝛ hoc p̱ confeſſionẽ totalem. vt nihil
in angulis conſciẽtie lateat vl' nullã circũ/
ſtantiã obmittat. De penitẽtia diſt. v. Con
ſideret. ¶ C ¶ Secũdus ſtatus fidelium
eſt proficientiũ. Et hi purgata conſcientia
debent eã ornare floribus ꝛ graminibꝫ bo
norum operũ ꝛ exemplorũ. ꝑmi Regũ. vij.
Preparate corda veſtra domino. ꝛ ornate
ea. Non ſicut pigra ancilla. q̄ ſuper immũ
dicias ꝛ pulueres ponit herbas. Et ſigni/
ficat illos q̄ in mortali peccato. aliq̄ de ge/

nere bonorũ operũ faciunt. Et hi ſunt fa/
tui. quia infundũt vinum bonorũ operuꝫ
in vaſa vetera acetoſa ꝛ corrupta ꝛ infecta.
contra conſiliũ ſaluatoris dicẽtis. Nemo
mittit vinum nouum in vtres veteres. ¶
¶ Tertius ſtatus fideliũ eſt ꝑfectorũ. quo
rum eſt purgatã ꝛ ornatã domũ cuſtodire.
ꝛ conſeruare pulchritudinẽ eius vſqꝫ in fi/
nem. Sicut cõſulit ſapiens Prouerb. iiij.
Omni cuſtodia cuſtodi cor tuũ. Quod fit
cũ homo in accepta gr̃a perſeuerat ſtabili/
ter. nõ cedendo quibuſcũqꝫ aduerſitatibꝰ.
Non ſicut quidã q̄ ſicut ventilegiũ al's ven
tilabrũ mouent̃. nunc ad hunc ventũ. nũc
ad illum. Uolentes nunc hoc. nũc illud. et
cedentes ꝑſecutioni etiã minutiſſime. imo
trepidãtes timore vbi nõ erat timor. Hic
dicit beatꝰ Ambroſius libro ſecũdo de of
ficijs. Q᷑ nõ mediocris virtus animi ẽ for
titudo. que ſola defendit ornamentuꝫ vir/
tutum omniũ. ꝛ cuſtodit iudicia. ꝛ aduer/
ſum om̃ia vicia manet inuicta. Ex premiſ/
ſis patet ꝙ circa purgationeꝫ conſciẽtie nõ
omnes virtutes equaliter ſe habent. Naꝫ
quedã iſtam purgationẽ inchoant in inci/
pientibꝫ. vt fides ꝛ penitẽtia. Actuũ. xv. Fi
de purificans corda eoruꝫ. ꝑma Corinth.
v. Expurgate vetus fermentũ. Alie ſunt q̄
ornãt conſcientiaꝫ in ꝓficientibꝫ. vt opera
bona. ꝛ preſertim opera pietatis. que ſunt
q̄ſi quidã rami oliuarũ ornantes domum
conſcientie. vt habet̃ Hieremie. xi. Oliuaꝫ
vberem. pulchram. fructiferã ꝛ ſpecioſam
vocauit dominꝰ nomen tuum. Pſalmiſta.
Ego autẽ ſicut oliua fructifera ꝛc. ¶ Et ſi
diceres. quomõ proficientes purgant̃ ex/
quo iam fuerũt purgati. Reſpõdeo eo mo/
do quo chriſtꝰ dicit Iohãnis. xv. Omneꝫ
palmitẽ in me ferentẽ fructuꝫ purgabit vt
fructũ plus afferat. Non eñ dicit̃ purgari
talis. quia nõ eſt purgatꝰ a malo. ſed vt plꝰ
in bono proficiat. Nam niſi continue pro/
ficeret. deficeret. ꝛ ſic indigeret ꝑſtina pur/
gatione. Dicit̃ ergo continue purgari quia
quotidie in bono proficit. Unde Thobie
xij. dicit̃. Elemoſyna a morte liberat. et ipa
eſt que purgat peccata. Luce. xi. Date ele/
moſynam ꝛ om̃ia munda ſunt vobis. Alie
autẽ ſunt virtutes que om̃ia iſta conſeruãt
in ꝑfectis. vt eſt ꝑſeuerãtia ꝛ conſtantia q̄n
tum ad finalem conſummationẽ que etiaꝫ
dicit̃ purgatio. Iuxta illud Malachie. iij.

Jpſe q̃ſi ignis conflans purgabit filios le/
ui. ¶ Sed diceres iterũ. quomõ pfecti ſũt
purgandi. cũ ſunt in ſummo ſtatu vie. Re/
ſpondeo ꝙ licꝫ ſint in ſummo ſtatu vie. nõ
tamẽ ſunt in vltimo gradu illiꝰ ſtatus. idõ
mereri poſſunt. Unde dicit᷑ Apocal'. Qui
ſctũs eſt. ſanctificet᷑ adhuc. Q̃diu em̃ ho/
mo eſt viator poteſt creſcere in merito. De
hereticis in Clemen. Ad noſtrũ. cõtra be/
gardorũ errorem. Unde angeli dicuntur
purgari. vt dicit Dionisius de celeſti ierar
chia.

¶ Dixi ſecũdo ꝙ in verbis pre
miſſis conſide/
randũ eſt de chriſti preſentatione. Ad hoc
enim impleti ſunt dies purgatõnis marie
vt pſentaret xp̄m filiũ dei deo patri in tem
plo. Circa quod tria ſunt cõſiderãda. Pri
mo a quo pſentat᷑. Secũdo vbi. Tertio a
quibꝫ pſentatus ſuſcipit᷑. De primo patet.
quia a parentibꝫ ſcꝫ a maria matre eius ve
ra. ꝛ Joſeph patre putatiuo. Locus autẽ
pſentationis erat templũ in hieruſalẽ. in
quo ſuſceptꝰ eſt a Symeone ꝛ Anna pphe/
tiſſa. ¶ Moraliter. Maria pſentãs xp̄m
ſignificat ſtatũ omniũ vere penitentiũ. qꝛ
Maria interp̄tatur amara. Et ptinet ad
penitentes q̃ dicũt de ſe. Ecce in pace ama
ritudo mea amariſſima. Iſaie. xxxviij. Ipſi
enim faciũt luctum vnigeniti planctũ ama
rum Hieremie. vi. Tales ergo ſic peniten
tes digni ſunt pſentare xp̄m per gratiã ab
eis ſuſceptũ. Secundo Joſeph ſignificat
bona opera facientes ꝛ cõtinuãtes. Inter/
pretat᷑ enim creſcens. Unde de iuſtis dici
tur Prouerb. iiij. Juſtorũ ſemita quaſi lux
ſplendens pcedit. ꝛ creſcit vſqꝫ ad pfectum
diem. Suſcipit᷑ etiam chriſtꝰ a duabus p/
ſonis. Sicut a duabꝫ pſentatur. ſcꝫ a Sy
meone ꝛ Anna. Symeon fuit grandeuus
ꝛ ſenex. De quo dicit Ambroſius. ꝙ opta/
bat ardentiſſimo deſiderio videre xp̄m p/
miſſuꝫ diutius a deo p prophetas. Unde
in orationibꝫ ſuis dicebat quotidie. O qñ
veniet. quãdo naſcetur. quãdo videbo ipm
putas durabo tanto tempore. putas oculi
iſti videbunt per quẽ oculi cordis reuela/
buntur. Et accepit reſponſuꝫ ꝙ non guſta
ret mortem donec videret chriſtũ domini.
Quẽ cum virgo pſentaſſet q̃dragesimo die
a natiuitate ſua. ipſe accepit eum in vlnas
ſuas benedicens deũ, atqꝫ dicẽs. Nunc di
mittis ſeruum tuũ domĩe in pace. Iſte ſy/
meon ſignificat iuſtos. timoratos ꝛ pſeue/
rantes. Dicit᷑ enim de ipo ꝙ erat iuſtus et
timoratus expectãs conſolationeꝫ iſrael.
Juſticia enim attendit᷑ in homĩe quolibet
in hoc ꝙ reddatur vnicuiqꝫ quod ſuuꝫ eſt.
ſm̃ Macrobiũ. Qua habita habent᷑ om/
nes virtutes. eo ꝙ iuſticia eſt virtus gene/
ralis vt ſic conſiderata. Quiſqꝫ ergo gra/
tiã ſuſcipere cupit a deo reddat ꝛ timoreꝫ.
Hec eſt enim p̄ma pars iuſticie. qua homo
habet bene ſe ad deũ vt eum timeat. Unð
de Symeone dicit᷑ ꝙ erat timoratꝰ. Quã/
tum autẽ timor iſte apud deũ valeat. dicit᷑
in Pſalmo. Beneplacitũ eſt domĩo ſuper
timentes eum. ¶ Sed diceres. quomõ be
neplacitũ eſt domino ſup timentes euꝫ. cũ
timor non ſit virtus ſed paſſio, pter quam
nec laudamur nec vituparmur. ſcd̃o de ani/
ma. ꝛ iij. Ethicor. vbi dicit᷑ ꝙ timor eſt paſ
ſio naturalis. Nam inueniunt᷑ qui nihil ti
ment neqꝫ terremotũ neqꝫ inundationes.
ꝛ p conſequẽs nec deum. Et tamẽ non lau
dantur. Sic ecõuerſo. qui quelibꝫ timẽt.
ergo ꝛ deum. Rñdeo qð hic loquit᷑ nõ loq̃/
tur de timore naturalis paſſionis ſed affe
ctuoſe pietatis. ꝛ talis eſt ſemper cũ amo/
re dei. Unde omĩs timor ex amore proce/
dit. eo ꝙ nullus timet niſi contrariuꝫ eius
quod amat. vt dicit Thomas ſcd̃a ſcd̃e. q.
xxv. articu. ij. Multo magis ergo q̃ amat ꝛ
timet deum nil negligit. Et iſte vocatur ti
mor ordinatꝰ. De quo dicit᷑. Beati omnes
q̃ timent dominũ. Iſto timore timuit Sy
meon. in quo vt dicit᷑ ſpiritusſanctus erat.
qui eſt amor. Unde Symeon timebat de
um vt patreꝫ ne offenderet anteqꝫ videret
chriſtũ domini. ꝛ amabat timendo. vt viſũ
chriſtum ſemp amare poſſet. O ſi Syme/
on iuſtus in quo ſpũſſanctꝰ erat ſic fuit ti/
moratus q̃ ꝛ reſponſum acceperat a deo.
vbi erit peccator. vnde illi ſecuritas. Si ei
iuſtus vix ſaluabitur. vbi peccator erit. Ju
ſtus etiã erat Symeon erga deum. qꝛ gra
tiarũ actiones reddebat deo pro omnibꝫ.
Unde de eo legit᷑ ꝙ gratias agebat bene/
dicens deum. Secundo iuſtus erat Sy/
meon iſte erga proximuꝫ. vnde de eo dicit᷑
ꝙ expectabat conſolationẽ iſrael. Jdeo di
cit Ambroſius in ſmone hodierno. Bene
dicit᷑ Symeon iuſtus. quia non ſuam ſed
populi totius conſolationẽ per aduentuꝫ

chriſti expectabat ⁊ requirebat. Tertio iu/
ſtus erat Symeon erga ſeipm̄. quia pacē
⁊ requiē ſibi poſtulabat. dicens. Nunc di/
mittis ſeruum tuū domine. Pulchra ora/
tio in qua petit dimitti a ſeruitute in liber
tatem. Sic optabat Apoſtolꝰ dicens. In
felix ego homo. ꝗs me liberabit de corpe
mortꝭ huiꝰ. O ſi ſymeon optabat dimitti
de hac vita. qui tamē conſolationē expecta
tam obtinuit. quid nos faciemꝰ quos hic
miſerie premunt. nec tamen ad deū ire aut
clamare vt de his liberemur cōpellunt. O
ſi Apoſtolꝰ in quo gratia dei nunꝙ̄ vacua
fuit petebat diſſolui ⁊ dimitti de carcere vi
te huiꝰ vt eſſet cum chriſto. quāta eſt noſtra
malicia qui pleni peccatis ⁊ vinculis huiꝰ
mundi irretiti non clamamꝰ dimitti. De/
teriores certe ſumus ſcrophis aut lupis.
que depꝛ̄henſa clamant in laqueo. Nos au
tem ſumus quotidie in laqueo. iuxta illud
Laqueū parauerunt pedibꝫ meis. Et ite/
rum. Funes peccatorū cōplexi ſunt me. et
tamē non clamamus ad deū pro liberatio
ne. In eo autē ꝙ iſte Symeon erat expe/
ctans nec deficiens ſed pſeuerans. notat
conſtantes ⁊ pſeuerantes vſq̄ ad mortem.
Iuxta illud Apoca. ij. Eſto fidelis vſq̄ ad
mortē. Sed queritꝛ vtrū in omi ꝟtute ne/
ceſſaria ſit pſeuerantia. ita ꝙ ſine ea nulla
ſit virtus. Reſpōdeo ſcḋm ſctm̄ Thomā. ij.
ij. q. cxxxvij. articu. j. Q quedā ſunt virtu/
tes que habent finē ſuum determinatum.
qui eſt terminꝰ virtuoſi operis. ſicut ꝙ mi/
les pſeuerat vſq̄ ad finē certaminis. Alie
ſunt virtutes quarū actus nō habent finē
determinatū ſed per totū tempus vite du/
rare debent. ſicut fidei ſpei ⁊ caritatis. que
reſpiciunt vltimū finem totiꝰ vite humane
Dicendū eſt ergo ꝙ reſpectu harū virtutū
vltimarū neceſſaria eſt pſeuerantia. q2 actꝰ
earū vt virtuoſi ſint requirunt actū perſe/
uerantie vſq̄ ad finem vite. Et ſic reſpon/
det Auguſtinꝰ vbi ſupra. In illis autē vir/
tutibꝫ quarū actus durant vſq̄ ad finē de/
terminatū virtuoſi operis. non requiritꝛ ꝙ
perſeuerantia ſit vſq̄ ad mortem. Et ideo
ſaluator dixit Math. xxiiij. Qui autē per/
ſeuerauerit vſq̄ in finē hic ſaluus erit. nō
dicit vſq̄ ad mortem. ¶ E ¶ Secunda
pſona chriſtū ſuſcipiens fuit Anna ꝓphe/
tiſſa. que cōmendatꝛ a ſex virtutibꝫ cōueni/
entibus omnibꝫ viduis ⁊ virginibꝫ. ¶ Pri

mo ergo cōmendatur a caſtitate. quia poſt
mortē viri vixit in caſtitate ſeptuaginta an
nis. Talis fuit Iudith. de qua dicitur Iu
dith. xv. caplo. Confortatū eſt cor tuū. eo
ꝙ caſtitatem amaueris. ⁊ poſt virū tuū ali/
um neſcieris. Secūdo cōmendatur a ſan
cti loci frequentatione. quia dicitꝛ ꝙ nō di/
ſcedebat de templo. id eſt. ſtatutis horis
viſitabat templū. j. Regū. i. Aſcendebat vir
ille ſtatutis diebus vt adoraret ⁊ ſacrifica
ret deo. Tertio cōmendatur de oris mun
dicia. Quia ſicut dicitꝛ Luce. ij. Loquebatꝛ
de illo ſcꝫ chriſto. Quarto cōmendatur de
parcitate cibi. quia erat inſiſtens ieiunijs.
ſicut ⁊ Iudith. Iudith. viij. omnibꝫ diebꝰ
vite preter ſabbatū. Quinto cōmendatur
de orationū inſtantia. Sicut dicitꝛ Luc. ij.
Q inſiſtebat Anna orationibꝫ ⁊ obſecrati/
onibꝫ. Sexto cōmendatur de finali perſe
uerantia. Quia dicitꝛ Luce. ij. Q erat ſer/
uiens die ac nocte. Talis ergo debet eſſe
qui vult hodie chriſto obuiare ⁊ eum deuo
te ſuſcipere. Per primū arguuntur laſciue
puelle ⁊ vidue. que ſtatim poſt mortē viro/
rum nubunt. quod vtiq̄ eſt ſignū inconti/
nentie. ſcḋm Hieronymū i Apologetico ſuo
licet in ſe non ſit peccatū. vt de ſecūdis nu/
ptijs. Super illa. et ca. Cum ſcōm. Quia
mulier mortuo viro ſoluta ē a lege viri ſui.
Per ſecundū arguuntur deſides raro tem
plum viſitantes. De quibꝫ dicitur Aggei. i.
Nunquid tempus vobis eſt vt habitetis
in domibꝫ laqueatis. ⁊ domus iſta deſerta.
Per tertiū arguuntur turpia loquētes in
eccleſia. que tamē eſt domꝰ orationis Lu/
ce. xix. Per quartū arguuntur delicati ⁊ vo
luptuoſi. De quibus dicitꝛ. Vidua in deli/
cijs viuens mortua eſt. Per quintū argu/
untur indeuoti raro orātes. Cum dicitur.
Oportet ſemper orare. Luce. xviij. Per ſex
tum arguuntur deficientes ⁊ puſillanimes
qui anteq̄ ad metā proueniunt deficiunt.
vt dicit Gregoriꝰ pmo libro moraliū. Cū
tamen dicat apoſtolꝰ. Non coronabitꝛ niſi
qui legitime certauerit. Et iterū. Sic in/
quit currite vt comprehendatis.

¶ F ¶

Dixi tertio ꝙ in verbis pmiſ/
ſis conſiderandū
eſt de munerū pro chriſto oblatione. quibꝫ
virgo glorioſa voluit redimere dilectiſſi/
mū filium dominū noſtrū Ieſum chriſtū.

Eſt autē ſciendum ꝙ lex purificationis re
quirebat vt quelibet mulier ex viro conci/
piens. quadrageſimo die a partu in tem/
plū cum puero ſuo veniret. Et ſi quidē di/
ues foret. agnuꝫ anniculum offerret. ⁊ co/
lumbam aut turturem ꝓ peccato. Si au/
tem pauper. extunc duos turtures et du/
os pullos columbarū. Leuitici. xij. caplo.
Quis autē virgo ad huiuſmodi oblatio/
nem non teneretur. ſicut nec ad purificati/
onem. tamē voluit hanc oblationem face/
re. Non autē elegit oblationem diuitū ſed
pauperuꝫ. Primo propter paupertatem.
Secūdo propter hoc. quia verum agnuꝫ
offerebat deo patri. Tertio propter miſti/
cam ſignificationē. Per hoc enim ſignifica
batur ꝙ qui non poteſt offerre agnū inno/
centie. currat ad lachrymas ⁊ gemitus pe/
nitentie. Per iſta tria ſignificatꝛ triplex
oblatio miſtica. quā debent habere fideles
⁊ offerre. Agnus ſignificat tria. Primo pu
ritatem incorruptionis. Unde Exodi. xij
dicitꝛ. Erit agnus ſine macula. Et Leui
tici p̄mo dicitꝛ. Debuit eſſe agnus maſcu
lus ſine macula. Sic homo fidelis debet
eſſe ſine macula que maculet corpus vl̓ ani
mā. De quo dicitꝛ Salomoni. Dediſti ma
culam in gloria tua. Nec dubiū quin loqui
tur de macula luxurie. per quā fuit ipſe re/
ſolutus. Secūdo agnus iſte ſignificat hu
militatē conuerſationis. Unde dicitꝛ ibidē
⁊ anniculus. id eſt. paruus ⁊ humilis. non
magnus agnꝰ. Tales enim acceptat domi
nus qui paruuli ſunt reputatione ſua. pri/
mi Regū. xv. Nōne cum paruulus eſſes in
oculis tuis. caput in tribubꝫ factꝰ es Mat
thei. xi. Reuelaſti ea paruul̓. Tertio agnuſ
iſte deſignat māſuetudinē. Iſaie. liij. Qua
ſi agnus manſuetus corā tondente ſe. De/
bet ergo quilibꝫ fidelis eſſe humilis ad de
um. manſuetus ad proximuꝫ. immaculatꝰ
ad corpus ꝓprium. Certe diues eſt in chri/
ſto qui talem ſe offert. Secunda oblatio q̄
fuit pauperū ſunt duo pulli columbaruꝫ.
Et deſignant geminā caſtitatem corporis
⁊ anime. Similiter duplicē ſimplicitatem.
ſcꝫ intentionis et operis. Unde ſaluator.
Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. ⁊ ſimpli
ces ſicut columbe Math. x. Dicunt natu/
rales ꝙ in columba duo ſunt. ſcꝫ ſimplici/
tas. ⁊ cū hoc cautela. Sic in quolibet fide/
li debet eſſe primo ſimplicitas, que eſt du/
plex. ſcꝫ intentionis ⁊ conuerſationis. In
tentio noſtra nō debet eſſe duplex ſed ſim/
plex. Sapie. i. In ſimplicitate cordis que
rite illū. Ue em̄ duplici corde Ecci. ij. Un/
de Ambroſiꝰ dicit. Intentio tua opi tuo
nomen imponit. Math. vi. Si oculus tu
us. i. intentio fuerit ſimplex. totū corpꝰ. ſci/
licet operis. erit lucidū totum. i. meritoriū.
Item operatio noſtra debet eſſe ſimplex.
Prouerbioꝝ. xi. Uoluntas eiꝰ in his qui
ſimpliciter ambulant. id eſt. operantꝛ. Pro
uerbioꝝ. x. Qui ambulat ſimpliciter ambu
lat confidenter. Secundo in columba eſt
cautela. Quarū vna vocatur prenoſcens.
Altera p̄cauens. Iſti ſunt duo oculi ſpon/
ſe comparati oculis columbarū Cantico/
rū. iiij. Prima oculus ſiniſter. Secūda o/
culus dexter. De his oculis dicitꝛ Prouer
bioꝝ. i. Fruſtra iacitur rhete ante oculos
pennatoꝝ. id eſt virtuoſoruꝫ. qui ſunt pen/
nati. qui ⁊ mala p̄cognoſcunt. ⁊ precognita
cauent ⁊ vitant. De his oculis Apocal. iiij.
Quattuor animalia plena oculis ante ⁊ re
tro. Ante pro prouiſione premij. ⁊ retro ad
cautelā ex timore ſupplicij. Cautela preno/
ſcens in columba eſt. quia p̄uidet vmbraꝫ
accipitris in aqua. Et ideo reſidet iuxta a/
quas. Cautela fugiens eſt. quia fugit ad fe
neſtram ſuā vt euadat accipitres. Sꝫ rex
Naas non deſiderabat a filijs iſrl̓ niſi ocu
los eorū dextros. quia diabolus nō mul/
tum curat cauſam prenoſcentē cautelam.
ſed plurimū odit ⁊ pſequitꝛ cautelam preca
uentem. vt dicit Thomas ſuper illud. O/
culi tui columbarū. Tertia oblatio que fu
it pauperū eſt par turturū. In turture ſūt
tria que debent eſſe in qualibet fideli ani/
ma. Primo verecundia. Unde dicitꝛ Can/
ticorū p̄mo. Pulchre ſunt gene tue ſicꝰ tur/
turis. Dicit gloſa interlinearis. In genis
notatur pudoris ſignū. Iſta verecūdia in
hoc attenditꝛ in anima. vt caſtitatem ꝓmiſ/
ſe fidei nulla hereticorū doctrina corrum/
pat. vt dicit gloſa ordinaria. Secundo in
turture notatꝛ inflexibilis conſtantia. que
tanta proris mariti memoria tenetꝛ vt nul
latenus poſterioris poſſit recipere conſor
tium. Iſta conſtantia attenditꝛ in anima in
hoc. vt nullum preter chriſtū amatorē ad/
mittat. Tertio in turture notatꝛ miſericor
dia ordīata. quia ſicut turtur gemit ꝓ mor/
te comparis ſui. ſic iuſtus gemit ꝓ ſuis et-

alioꝝ peccatis. vt dicit gloſa ſuper iſta ver
ba. ſicut turturis. Quem gemitū pro inco
latu ꝑſentꝭ vite. pro malis pene ⁊ culpe. no
bis preſtet pius dominꝰ noſter ieſus chri
ſtus. vt ipo ꝑſtante. gemitus noſter ⁊ triſti
cia noſtra vertatur in gaudiū. Tunc cõple
bitur in nobis vaticiniū Iſaie. xxi. dicen
tis. Omnē gemitū eiꝰ ceſſare feci. Et eiuſ
dem. xxxv. Et ambulabūt qui liberati fue
rint ⁊ redempti a domino. conuertent̄ ⁊ ve
nient in ſyon cū laude. ⁊ leticia ſempiterna
ſup capita eorum. Gaudiū ⁊ leticiam obti
nebunt. ⁊ fugiet dolor ⁊ gemitus. Amen.

¶ De ſancta Agatha ⁊ Dorothea.
Sermo XV.

## Sponſus venit

⁊ q̄ parate erant intrauerunt
cum eo ad nuptias Matth.
xxv. Quia iuxta ſanctū Gregoriū in qua
dam Omelia. licet quilibet homo cū illis
habiturus ſit mercedē in choris angeloꝝ
in futura gloria quoꝝ officium viriliter ꝑ
geſſit in via. Tamen virgines non ſolum
habiture ſunt in electis dei ⁊ angelis glo
riam cõmunē. ſed etiam ſupra anglos erūt
ſpecialiter quodãmodo remunerate. Sic
dicens. Supergreditur inquit virginitas
conditionem humane nature. per quã ho
mines angelis dei ſimilant̄. Ecce premiū
Et ſequitur. Maior tamen eſt victoria vir
ginum ꝙ̄ angeloꝝ. Angeli enim ſine car
ne viuunt. virgines in carne triumphant.
Hec ille. Cū ergo virgines nõ ſolū equan
tur angelis. ſed etiã in aliquo excedunt an
gelos. Quid mirū ſi digne a chriſto repu
tantur intromitti ad nuptias. De quibꝫ di
citur in verbis thematis. quia ſponſus ve
nit. ⁊ que parate erant intrauerunt cum eo
ad nuptias. In verbis premiſſis themat̄
tanguntur tria. que ſacratū virginum ſta
tum ſpecialiter cõmendant. Primo enī de
ſcribitur earum dignitas ex parte chriſti
eas adamãtis ſpecialiter Cum dicit̄. Ve
nit ſponſus. Secūdo deſcribitur ex parte
ipaꝝ ornatus ſpecioſitas quantū ad me
ritum. quod eſt glorioſum Cū dicitur. que
parate erant. Tertio deſcribit̄ premij ipa
rum iocunditas Cum dicit̄. intrauerūt cū
eo ad nuptias.

¶ A

¶ Dixi primo ꝙ in verbis pre
miſſis deſcribit̄
primo ſanctarū virginum dignitas ex par
te chriſti ſpecialiter eas adamantis Cum
dicitur. Venit ſponſus. Certe magna di
gnitas habere talem ſponſum chriſtū. De
quo dicitur. Ipe tanꝙ̄ ſponſus procedēs
de thalamo ſuo. Quante autē pulchritudi
nis in ſpecioſitate. in diuitijs. ⁊ in omni co
pia dulcedinis eterne ſponſus iſte ſit dicit̄
in Pſalmo. Specioſus forma ꝑ filijs ho
minū. Ecce pulchritudo. De diuitijs eiꝰ di
citur. Gloria ⁊ diuitie in domo eius. Et ite
rū. Longitudo dierū in dextra eius. ⁊ in ſi
niſtra eius diuitie ⁊ gloria. E conuerſo etiã
talis debet eſſe virgo que cupit eſſe ſponſa
chriſti. vt primo ſit pulchra. De cꝰ pulchri
tudine loquitur Canticoꝝ. ij. Salomon.
Pulchre ſunt inquit gene tue ſicut turtu
ris. In genis notatur verecundia. In tur
ture ſolitudo. Que duo in virgine requi
runtur. vt ſcilicet ſit verecunda ⁊ ſolitaria.
Et de verecunda dicit̄ Geneſis. xxiiij. de
rebecca. Ecce inquit egrediebatur habēs
ydriā in ſcapula ſua. puella decora nimis
virgoq̄ʒ pulcherrima ⁊ icognita viro. Que
poſtea cum iret ad virum ſuum Iſaac co
operuit caput ſuum pallio. Iſta verecun
dia debet apparere in virginibꝫ. in velatio
ne humili. in habitu decenti. in inceſſu ⁊ in
omni geſtu in quibꝫ ſe debēt habere deuo
te ⁊ regulariter. Unde dicit Auguſti. in li
bro ad ſacras virgines. Dominica virgo
ſine ornatu capitis ſui in habitu communi
nec oculis elatis aut letis ſed crinibus ad
terram cū vultu depoſito procedat. Et cau
ſam huius ſubdit. Ideo videlicet ne viles
ex ſe inducat mores. que ⁊ ſi nõ pereat. cau
ſa tamen alijs perditionis exiſtat. Hec ille
¶ De ſecūdo ſcilicet ſolitudine dicit idem
Auguſtinꝰ vbi ſupra. Dominica virgo in
quit publicos debet vitare conſpectus. et
platearū frequentiam deuitare. atq̄ʒ in do
mo poſita operi lanifico inſiſtere vel lectio
ni diuine. Hec ille. Ecce dicit ſolitudinem
virgini neceſſariā. non tamen ocioſā ſed
laborioſam. quia cū opere lanifico. Et hoc
eſt ꝙ rebecca portabat ydriam in ſcapula
ſua. que ſignificat laborē. ¶ Secūdo ad
hanc ſponſam requirit̄ vt ſit diues et glo
rioſa in diuitijs. Unde de ea dicitur Pro

uerbioꝝ vltimo. Multe filie regū congre/
gauerunt diuitias. tu ſola ſupgreſſa es vni
uerſas. Quia licet ſtatus coniugalis ⁊ vi/
dualis. virtutes congregant quantuʒ ad
premiū eſſentiale. tamen virginitas ſuper/
greditur omēs quo ad premiū accidenta/
le. ſcʒ aureole. Unde dicit Thomas. Q li
cet Abraam ſuo tempe equatur Johanni
in caſtitate. hoc ſolū eſt quo ad premiuʒ eſ/
ſentiale. non autē accidentale. quod eſt au/
reola. Et ſic intelligit Auguſtinus in libro
de bono coniugali. ꝙ caſtitas Johannis
non prefertur cōiugio Abrae. vt dicit Tho
mas. ſcda ſcde. q. clij. ar. iiij. ¶ B ¶ Ex his
reſpondeo ad queſtionē qua querit. vtruʒ
continentia cōiugalis poſſit eſſe par caſti/
tati virginali. Et breuiter reſpondeo loquē
do de premio eſſentiali ꝙ ſic. Immo dico
cū beato Thoma. Q licet virginitas meli
or ſit ꝗ̄ continentia coniugalis. Poteſt ta/
men cōiugatus melior eſſe ꝗ̄ virgo dupli/
ci ratione. Primo quidē ex parte ipſius ca/
ſtitatis. ſi ſcʒ ille qui eſt ꝯiugatus hēat ani/
mum magis paratū ad virginitatem ſer/
uandaʒ ſi oportet ꝗ̄ ille qui i actu eſt virgo
Unde Auguſtinꝰ inſtruit virginē in libro
de bono coniugali. vt dicat. Ego non ſum
melior ꝗ̄ Abraam. ſʒ melior eſt caſtitas vir
ginalis ꝗ̄ caſtitas nuptiarū. Et rationem
poſt ſubdit. Qd enim nunc ago melius illi
egiſſent ſi tunc agenduʒ eſſet. Secūdo qa
forte ille qui non eſt virgo habet aliquā ex
cellentiorem virtutē. Unde Auguſtinꝰ di/
cit in libro de virginitate. Unde ſcit virgo
ſe preclarā cōiugate. Certe nō ſcit. quia vir/
go ꝗ̄uis ſollicita ſit que ſūt domini. tamē
neceſſe eſt vt timeat ne forte ꝓpter aliquam
ſibi incognitā infirmitatē non ſit matura
martyrio. illa vero mulier cui ſe preſcribit.
iam poſſet bibere calicem dominice paſſio
nis. ¶ In quo autē precellit virginitas cō
iugium. Dicendū eſt. ꝙ in tribus ſm Tho
mam. Primo quia eſt bonuʒ diuinū. qd eſt
potius bono humano. In ſignū huiꝰ chri
ſtus elegit matrē virginem. vt dicit Hiero
nymus. Et Apoſtolꝰ conſulit virginitateʒ
i. Corinth. vij. Secūdo quia bonū eſt ani
me. quod prefertur bono corporiſ. Tertio
quia eſt bonum vite contemplatiue. q̄ pre/
fertur vite actiue. Ex quo infert Thomas
Q indubitanter virginitas ꝓferenda eſt
continentie coniugali. ¶ Sed hic eſt du/
bium an quelibet virgo habeat iſtaʒ excel
lentiam. ſcʒ premium aureole. Ad quod re
ſpondeo ꝙ non. Sed ſolum virgo deo de
dicata. vt dicit Auguſtinꝰ in libro de virgi
nitate. Nec nos inquit de virginibus pre/
dicamus ꝙ virgines ſunt. ſed ꝙ deo dedi/
cate pia continentia virgines ſunt. Ex quo
infert Thomas ſcda ſcde. q. clij. Q propo
ſitum ſeruandi integritatē illud facit vir/
ginem formaliter. cū ſit eius formale. In/
tegritas autē corporis eſt materiale. quaʒ
nos habemus a natura. Ex quo ſequitur
ꝙ ſolū ille virgines habebunt aureolā vir
ginum que propoſitū habuerunt virgini/
tatem perpetue ſeruandi. Quis hoc pro/
poſitū interruptū fuerit. integritate tamē
carnis manente. Dūmodo in fine ſue vite
inueniatur ad premiū propoſitum rediſſe.
quia virginitas mentis quantū ſcilicet ad
ſolum propoſitū violatum reparari poteſt.
Non autē virginitas carnis ſm Thomaʒ
in cōpendio libro. vij. ca. penult. ¶ Sed di
ceres quid de illis que deceſſerunt ſic. cuʒ
propoſito nubendi. Reſpondeo ſm Tho/
mam. vbi ſupra. in cōpendio. Q nō eſt du/
bium quin habiture ſunt ſpeciale gaudiuʒ
de corporis incorruptione ſed non eſſenti
ale gaudium. Sicut etiā innocentes de co
gaudent ꝙ innocentes a peccato fuerunt.
ꝗ̄uis oportunitateʒ peccandi non habue/
runt. Ex his patet ꝙ multuʒ valet votū in
genere caſtitatis. Nā vt hic videmus vir/
gines non habent nec habebunt aureolaʒ
niſi ex firmo ꝓpoſito ſeruandi caſtitatē per/
petuam. quod eſt formale eiꝰ. Unde poteſt
reſponderi ad queſtioneʒ. an melius ſit ex
voto vel voluntate ſeruare caſtitateʒ. Re/
ſpondeo ꝙ meliꝰ eſt ex voto triplici de cau
ſa. ſm Thomā ſcda ſcde. q. viij. ar. vij. Pri/
mo qꝛ eſt actus latrie. quia eſt quedā ꝓmiſ
ſio deo facta in obſequiū ⁊ in cultuʒ ſuum.
Secūdo qꝛ qui vouet magiſ ſe deo ſubijcit.
non ſolū quantū ad actū ſed etiā quantuʒ
ad poteſtatē vt non poſſet de cetero aliud
facere. Sicut dans arborem cum pomis
plus faceret ꝗ̄ dando pomuʒ ſine arbore.
vt dicit Anſelmꝰ de ſimilitudinib᷒. Tertio
quia ꝑ votū firmatur in bonū. Facere aūt
aliquid ex deuotione firmata in bonū ꝑti/
net ad ꝑfectionē virtutis. ij. Ethicoꝝ. ſicut
etiā peccare mēte obſtinata aggrauat pec/
catum.

¶ L ¶

# ¶ De ſancta Agatha uel dorothea

¶ Dixi ſecūdo ꝙ deſcribit̃ ſan-
ctarū v̾ginū me-
ritum. qđ eſt ex parte ipaꝝ ornatꝰ ſpecioſi-
tas. cū dicit̃. Que parate erāt. Circa qđ re-
ſtant duo videnda. Primo de ornatu v̾gi-
num. Scđo de ornatu generalit̃ omniū fi-
delium animaꝝ. qualiter ſe ꝑparare debēt
erga iſtum ſponſum. Quantū autē ad pri-
mum dicendū eſt. ꝙ ornatꝰ iſte quo meren-
tur virgines ſancte in p̄ſenti conſiſtit in tri-
plici virtute. Primo ſcꝫ in mūdicia caſtita-
tis. Scđo in pulchritudine humilitatis.
Tertio in profeſſione paupertatis. De mun-
dicia caſtitatꝭ dicit̃ Ecci. ij. Qui timent do-
minū ꝑparabunt corda ſua. ⁊ in conſpectu
eius ſuſcitabunt aīas ſuas. Ecce quō ca-
ſtitas includit in ſe timorē. qui ꝑparat cor-
da virginū ꝓ cuſtodia caſtitatis. que debet
eſſe in corde. Duo ergo hic dicit de v̾gini-
bus. Primo ꝙ debent eſſe timorate. Se-
cundo qꝛ debent ꝑparare corda ⁊ aīas ſu-
ſcitare. ad ſignificandū ꝙ timendū eſt vir-
ginibꝰ ne amittant virginitatē quā repara-
re non pñt. xxxij. q. v. Si paulus. De hac
enim dicit̃ ꝙ virgo cecidit nō adijciet vt re-
ſurgat. Unde dicit Hieronymꝰ in ep̄la ad
Euſtochiū. Et cum deus omīa poſſit. non
poteſt virginem ſuſcitare poſt ruinā. Ua-
let quidē liberare de pena. ſed non valet co-
ronare corruptam. ſcꝫ vt virginē. ¶ Sed
diceres. tamē deus excoculato poteſt viſuꝫ
reddere. ergo virgini virginitatē reſtitue-
re. Quidā dicunt ꝙ hoc intelligit̃ ſic. ꝙ de-
us non poteſt facere quin factū ſit factum.
ſed omne deꝑditum poteſt reſtituere. Sꝫ
tunc idem eſſꝫ de excoculato. Et ideo dicē-
dum eſt ꝙ hoc non refertur ad carnis cor-
rupte reſtitutionē. ſed ad virginalis palme
retributionem. Et dicit gloſa. Nō poteſt.
id eſt. non ꝯgruit eius potentie vt aureola
coronet corruptas. Hoc enī eſſet ꝯtra iu-
ſticiā. Et iđ illud nō pōt eſſe. Et Tho. ij. ij.
q. clij. ar. iij. ponit exemplū pulchrū de h̄ di-
cens. Sicut illi magnifico q̇ ꝯſūpſit opes
ſuas ⁊ diuitias. ꝑ pñiam nō reſtituunt̃ di-
uitie. Similiter ille q̇ peccando virginita-
tem amiſit. ꝑ penitentiā non recuperat vir-
ginitatis ꝓpoſitum. Unde ipe dicit ꝙ licet
natura virginitatis ſcꝫ corꝑis integritas
poſſit reparari miraculoſe in virgine. Non
tamen hoc poteſt reparari ꝙ expertus vo-
luptatem veneream fuerit non expertus.

Secūdo ornatꝰ virginalis ꝯſiſtit in man-
ſuetudine humilitatis virginee. vt etiā pa-
rata ſit ad tormenta ire ꝓpter eius ſeruati-
onem. dicens illud Ps̄. Ego aūt in flagella
paratꝰ ſum. Unde dicit Auguſtinꝰ in libro
ad ſacras v̾gines. q̄ v̾go dñica in paupertate
ſpūs x̄po accepta dꝫ q̄diu vixerit ꝑmane-
re. ¶ D ¶ De ſcđo ornatu. ſ. generali oīm
x̄pifideliū aīaꝝ q̄lit̃ ſe parare debēt. eſt ſci-
endū ꝙ oēs fideles debēt ſe pare vt puelle
in ornatu vultꝰ ⁊ corꝑis. vt. ſ. faciē ⁊ corpus
decent̃ ornēt. Scđo vt familia ad cibū cor-
poralē lauās manꝰ ſuas. Tertio vt milites
ad pugnā inſtantem. De p̄mo ornatu q̇ dꝫ
eſſe ī vultu ⁊ veſtitu dr̄ in ps̄. Aſtitit regia a
dextrꝭ tuis ī veſtitu deaurato. Ueſtitꝰ de-
auratꝰ ſūt opa clariſſime caritatꝭ q̇bꝰ ornat̃
aīa q̇libꝫ in vultu. Prio vbi ē imago dei. ⁊
deinde ī ceterꝭ mēbrꝭ. q̇ ſunt mēbra. ſſ. Hāc
veſtē n̄ hn̄s hō eijciet̃ extra nuptias Mat.
xxij. De ſcđo ornatu. Familia ad cibū acce-
dēdo ſe lauat. ita aīa accedēs ad nuptias ⁊
ad refectōnē eternā lauat manꝰ. i. opa. pedeſ
id ē. affectiōes. Uñ Iſa. Lauami ⁊ mundi
eſtote. Qđ alibi expōit ꝓpha di. Laua a ma-
licia cor tuū. Uñ ps̄. xxiij. Quis aſcēdet ad
nuptias celeſtes Et rn̄det Innocēs mani-
bus. i. opibꝰ. Ecce lotio manuum Ioh. xiij
Qui lotꝰ eſt nō indiget niſi vt pedes lauet
Sꝫ proch dolor ō multꝭ dr̄ hodie. Manꝰ
vr̄e plene ſūt ſanguīe. Tertio aīe fideles
debent ſe parare vt milites ad pugnaꝫ in-
ſtantem. Tota eni vita hominis eſt vt mi-
litia ſuper terram. In qua quidem pugna
habemus multos aduerſarios et fortiſſi-
mos. Deutero. xx. Unicuiq̧ grauis aduer-
ſitas ⁊ pugna. nūc occulta. qꝛ īſidiat̃ vt leo
in ſpelunca ſua inimicus. nunc manifeſta.
quia manifeſta ſunt opera carnis que ſunt
fornicatio. immundicia. auaricia. ⁊ inſuper
quia quotidiana eſt pugna ⁊ rara victoria.
dicit Augꝰ. de ſingularitate clericorū. et in
libro de agone chriſtiano. ¶ E ¶

¶ Dixi tertio ꝙ ī verbis premiſ-
ſis deſcribitur ſan-
ctarum virginū celeſtis premij glorioſa io-
cunditas Cū dicitur. Intrauerūt cum eo
ad nuptias. Tria deſcribunt̃ quantuꝫ ad
iocunditatem iſtaruꝫ nuptiarum. Primo
quia ſponſo occurrerunt. Secundo quia
ad ſponſum ſe preparauerūt. Tertio quia
cum eo intrauerūt. Iſto modo ſpecialiter

nos debemus primo preparare ad bonuʒ opus. Et quia bona opera maxime conſiſtunt in partibus penitētie. que ſunt quinqꝫ. ſcilicet contritio. confeſſio. afflictio. oratio. ⁊ erogatio. Ideo dicit̄ de iſtis quinqꝫ virginibꝫ ꝙ habuerunt quinqꝫ lampades. in quibus habebant oleū caritatis. ſine quo nihil deo placet. vt dicit Gregoriꝰ in quadam Omelia ſuper Johannē. Secundo debemus ei obuiare per deſideriuʒ deuotionis. Dicit̄ autem Eccleſiaſtici. xv. ꝙ homines ſtulti non apprehendunt illum ſcilicet ſponſum celeſtem. ſed homines ſenſati obuiabunt illi. Quis autem ſtultior illo q̄ ſine deuotione putat peruenire ad conſpectum tanti regis. coram quo angeli contremiſcunt. Certe vt videmus ſtulti repelluntur ab aula regū. vt dicit̄ Heſter. iiij. Non decet ſacco indutum aulam intrare regis Aſueri. Tertio debemus intrare per contemplationis guſtū. hic per fidem ⁊ tandē per aptam viſionem ⁊ fruitionem dulcedinis diuie. Unde Pſalmiſta hortatur nos hic ad primū. Intrate in conſpectu eius in exultatione. Nuptie autem iſte eternales ſignificate ſunt per nuptias agni Apocal. xix. Beati inquit qui ad cenam nuptiaruʒ agni vocati ſunt. Et bene iocunditas nuptiis celeſtibꝫ comparat̄. Sicut em̄ in nuptiis fit ornatus veſtiū ſolenniū. Sic i gloria patrie celeſtꝫ erit claritudo noſtroꝝ corporuʒ. Ad Philip. iij. Reformabit corpus humilitatis noſtre configuratū corpi claritatis ſue. Ideo dicit chriſtus ad animaʒ. Ueſtiui te diſcoloribꝫ. ⁊ calciaui te iacincto ⁊ cinxi te biſſo. ⁊ indui te ſubtilibꝫ. ⁊ ornaui te ornamento Ezechiel. xvi. Secūdo quia ibi erunt delicatiſſima fercula. Eccī. xxiiij. Spiritꝰ meus ſuper mel dulcis. ⁊ hereditas mea ſuper mel ⁊ fauum. Tūc enim dicet chriſtus ſuis Canticoruʒ. v. Comedite amici. et bibite. et inebriamini chariſſimi. Sʒ de quo tunc inebriabimur. Certe ab vbertate domus eius ⁊ torrente voluptatis eius. vt ſm̄ multitudinem dolorum in corde electoꝝ conſolatōnes dei letificēt animas eoꝝ. Hoc eſt quod ait ſaluator de ſe. ꝙ p̄cinget ſe ⁊ tranſiens miniſtrabit illis Luce. xij. ⁊ Luce. xxij. O q̄ꝫ beatꝰ qui manducat panem in regno dei. Luce. xiiij. Tertio quia ibi erit ſuauis inſtrumentoꝝ melodia Thobie. xiiij. Per vicos eius cantabitur alleluia. id eſt. laudabit̄ deus in ſanctis ſuis ineffabiliter. Hoc admirās Ber. dicit. Unde tibi o aīa mea. vnde tibi tam ineffabilis gloria. vt eius ſponſa mereraris eſſe in quē angeli deſiderāt pſpicere. Quid retribues domino ꝓ omnibꝫ que retribuit tibi. vt ſis ſacre menſe regis conuiua. ſocia deniqꝫ thalami. vt introducat te rex in cubiculū ſuū. Ad quod nos pducere dignetur pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus. Amen.

Hi ſequentes ſermones vſqꝫ ad ſermonem de corpe xp̄i excluſiue ſunt ex Socco

De ſancta Dorothea.
Sermo XVI.

Virgo cogitat que domini ſunt ⁊ quō placeat deo vt ſit ſancta corpore ⁊ ſpiritu. j. Corinth. vij. In verbis ꝓpoſitis tria tangit apoſtolꝰ. ſcʒ ſtatū excellentē. actū competentē. ⁊ finem congruentē. Primū ibi. Uirgo. Uirginitas enim omni ſtatui excellentior eſt. Scđm ibi. cogitat. In quo tangit actū tali ſtatui competētē. Uirgines em̄ que a maritali debito ⁊ a curꝭ ſeculi ſunt per omīa ſolute debēt merito cogitare que dei ſunt. Cōiugate enim ex vinculo maritali cōpellunt̄ cogitare vt virꝭ ſuis placeant. Sic virgines deo dicate debent deo intendere ⁊ quomō placeāt ſponſo ſuo. Tertiū ibi. vt ſit ſancta corpe et ſpiritu. In hoc tangit finem congruentē. Ad hunc enim finem oēs ſacre virgines. cogitationes. locutiones ⁊ oparōes ſuas debent dirigere. vt ſint ſancte. quarū ſpōſus ſanctꝰ eſt. A quo ⁊ nullatenus in thoꝝ maritalem aſſumunt̄. niſi ⁊ ipe ſint ſancte. Ad hoc ſtuduit glorioſa virgo ⁊ martyr dorothea. ſicut probat eius vita ⁊ miraculoruʒ euidētia. que deus per eā operat̄ ⁊ ꝓpter eā exhibet. ⁊ exhibebit clarificans eā toti mūdo. vt ex hoc innoteſceret quanta deuotione ſtuduit vt corpore et ſpiritu eēt ſancta. Quam ideo deus poſuit nobis in exēpluʒ vt qui dn̄m Jeſum qui exultauit vt gigas ad currendū viaʒ imitari non poſſumus. puellā teneamꝰ ⁊ delicatā imitemur. A Quō aūt ipam in ſctītate ſua imitari de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# ¶ De ſancta dorothea

beam⁹ vt ⁊ nos ſimiliter ſim⁹ ſancti. docet
nos beatus Bernard⁹. dicens. Tria ſunt
que faciunt hominē ſanctuȝ. victus ſobri/
us. actus iuſtus. et ſenſus pius. In quib⁹
tribus plena conſiſtit perfectio. ¶ Eſt au/
tē ſm ꝙ diffiniunt doctores ſobrietas mo
deratus vſus temporaliuȝ circa ſolam ne/
ceſſitatem reſtrictus. Cuius obſeruātia li/
cet difficilis videat̄ his qui in carne ambu
lant. facilis tamē eſt illis qui ſpiritualia bo
na guſtauerunt. qui parua bona reſpectu
maiorū et meliorum pro nihilo reputant.
Quod expreſſe oſtendit Gregori⁹. dicens.
Dulce eſt eſſe in humanis rebus. ſed ei qui
adhuc nihil nouit de celeſtibus. Quia q̄n/
to minus eterna intelligit. tanto delectabi
lius in temporalibꝫ requieſcit. Sic qui iā
cordis ore guſtauit que ſit illa dulcedo ce/
leſtiuȝ bonorū. quāto illud dulce eſt quod
intus habet. tanto ei in amaritudinē verti
tur omne quod foris ſuſtinet. Et ideo faci
le eſt ei. imo delectabile vt foris propt̄ deū.
ſobriū victū hēat qui dulciter intus paſci/
tur. Ut ergo ſpiritusſancti p̄ſentia conſola
tiones conſequi valeam⁹. qui talem habet
in nos transfundere dulcedinē. neceſſe eſt
vt per ſobrium victū carnis conſolationi/
bus funditus renunciem⁹. Quia nullate/
nus iſte cum iſtis miſcent̄. De quo Bern̄.
Si animus habet vnde delectetur extrin
ſecus. ſine delicijs manet intus. vt ergo in/
teriora noſtra in deo proficiāt. omnia exte
riora de genere conſolationū temporaliuȝ
⁊ carnalium per victum ſobrium ampute/
mus. ⁊ ſola neceſſitas ab omni ſupfluitate
in omni vſu temporalium ſit reſtricta. Ex
quibus verbis colligimus. ꝙ non ſolū ſo/
brium victū vocamus moderatam cibi et
potus ſumptionē. ſed omnium rerum ad
vſum noſtrū pertinentium reſtrictionem.
In quibus omnibꝫ ſobrietatē tenemus ſi
eis moderate vtimur. Quod non ſoluȝ ex
pedit religioſis. ſed omni chriſtiano profi
cit ad ſalutem. Quia ſicut per gulaȝ primi
parentis et nos de illis paradiſi gaudijs
ſumus expulſi. Sicut ait Gregorius. Sic
per parſimoniā ⁊ ſobrietatem recte viuen/
do nos regredi oportet. vt fiat nobiſcuȝ ſi
cut de tribus mag̃ dicitur Math. ij. Per
aliam viaȝ reuerſi ſunt in regionem ſuam.
Et ideo ſicut diligimus patriā a qua ceci/
dimus per gulā in omnibꝫ vtendis victuȝ
ſobrium habeam⁹ vt ad eam reuertamur.
Omnis autē ſobrius vſus conſiſtit in tem
poraliū moderata fruitione. in exteriorum
ſenſuum diſciplinata gubernatione. in in/
teriorū motuum cauta ⁊ vigilanti cohibi/
tione. ¶ B ¶ Primo dixi. Sobrietas cir/
ca vſum temporaliū ſtat in eo ꝙ in omnibꝫ
quibꝫ vti oportet tm̄ ad vitam conſeruan/
dam vtamur. vt eſt cibus. potus. ſumptus.
veſtes ⁊ ſimilia. ⁊ omnē ſuperfluitatem ex
omnibꝫ his amputemus. Et hec ſobrietas
paupertas volūtaria vocat̄. de q̄ dicit̄ Pro/
uerbiorum. xiij. Eſt pauper cū tamen in mul
tis ſit diuitijs. De hac etiam ſobrietate di
cit Bernard⁹. Felix ſm temp⁹ viator qui
ſuorum beneficiorū curam ſine qua tran/
ſire non poſſet. in obſequiū ſuum ſcit con/
uertere ⁊ vti ad vtilitatē. ¶ Secūdo ſobri
um vſum debemus tenere in vſu ſenſibili
um ⁊ ſenſuum. vt omnes ſenſus corporis
a rebus vanis et nociuis cohibeam⁹ et ad
ſola neceſſaria ordinem⁹. Sicut fec̄ Job.
qui dicit. Pepigi fedus cū oculis meis. ne
cogitarem de virgine. vt dicit̄ Job. xxxi. c.
⁊ ſic de alijs ſenſibꝫ. Unde Bernard⁹. Ha
beat homo dei ſenſus ſuos exteriores nō
duces ſed ſeruiētes. vt dicat huic. vade. et
vadit. ⁊ alio. veni. ⁊ venit. ⁊ ſeruo ſuo. fac h̄
et facit abſq̧ contradictione. Et ſubdit. q̄
magnus eſt qui vſum ſenſuum ſuorū no/
uit expendere in ſuam ſalutem ⁊ vtilitateȝ.
⁊ omnes in obſequiū chriſti ſcit conuerte/
re ⁊ ordinare. Et talis optime ſibi creden/
dus eſt in quacūq̧ multitudine conuerſe/
tur ¶ Tertio ſobriū vſum teneam⁹ in vſu
motuum interiorū. omēs motus illicitos
in ſuis principijs cohibentes. hoc em̄ ma/
xime placet deo. Quod pulchre figuratuȝ
legimus. j. Regū. xxix. ca. Ubi dixerūt phi
liſtei ad regem ſuū. Quomō hic melius po
terit placare dominuȝ ſuum. q̄ꝫ in capitib⁹
noſtris. Sic demones ꝯſtantes intra nos
motus illicitos dicere poſſunt quomō q̄s
placare poteſt melius dominuȝ ſuum q̄ꝫ ſi
principijs taliū motuuȝ reſiſtat. Quod cū
quis facit. facilius poteſt eos euadere. Et
hoc vtiq̧ ſtat in poteſtate noſtra Gene. iiij.
Subter te erit appetitus tuus. ⁊ tu domi/
naberis illius. Quod exponēs Bernard⁹
dicit. Poteſt quidem diabolus excitare in
nob̄ temptatōis motū. ſȝ in nob̄ ē ſi volum⁹
dare ꝯſenſuȝ. Neo ei in h̄ certamie deijciet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inuitus. De hoc triplici vſu dic̃ poſtillatoꝛ
ſup illud Prouer. Mľr gratioſa iuẽit glãꝫ
Merito laudanda eſt mulier que res do/
meſticas ad vtilitatem. familiã ad honeſta
tem. ⁊ ſeip̃am ad moꝛũ honeſtatem bene re
git. Sic aĩa deuota eſt glorioſa viro ſuo.
id eſt. deo que p̄dicta tria ſub decenti mo/
deramine bñ regit oꝛdinat ⁊ diſponit. Nã
per hoc ꝙ dicit res domeſticas tangit re/
rum fruitioneꝫ. ꝑ hoc ꝙ addit familiã tan/
git ſenſuum gubernationem. ꝑ hoc vero ꝙ
concludit. ſeip̃am. tangit interioꝛũ motuũ
cohibitionem. ¶ C ¶ Secundũ quod
iuxta Bernardũ nos iuſtificat vel ſanctifi/
cat eſt iuſtus actus. Tunc autẽ actus no/
ſtri iuſtificant nos. cũ circa proximos no/
ſtros iuſte agamus. Vt ergo actus nr̃os
proximis exhibendos virtute iuſticie in/
foꝛmemus. inſpiciendũ eſt illud glorioſuꝫ
exemplar quod eſt deꝰ. vt ẜm foꝛmã quam
nobis ip̃e in ſeip̃o ⁊ in proximo agendo ꝑ/
poſuit. noſtros actus vt iuſti fiant oꝛdine/
mus. Dei em̃ filius in carne veniens. ſe to/
tum ⁊ omnia que habebat. hoc eſt res coꝛ/
pus ⁊ animã pro nobis poſuit. De rebꝫ di/
citur Hieremie. xij. Reliqui domũ meam.
dimiſi hereditatem meã. Et Apoſtolus. ij.
Coꝛinthioꝝ. viij. Scitis quoniã propter
vos egenus factꝰ eſt cum diues eſſet. vt eiꝰ
inopia diuites eſſetis. De coꝛp̃e dicit Iſa.
l. Coꝛpus meum dedi percutientibus ⁊c̃.
De anima iteruꝫ dicit Hieremie. xij. Dedi
dilectam animã meam in manus inimico/
rum meoꝛũ. His ergo tribus taliter vt di
ctum eſt pro nobis poſitꝫ dicit̃ Exodi. xxv.
Inſpice ⁊ fac ẜm exẽplar quod tibi in mon
te monſtratum eſt. id eſt. in chriſto. Et Io
ſue. ij. Quomõ ego feci miſericoꝛdiaꝫ vobi
ſcum. ⁊ vos faciatis. Si ergo actꝰ noſtros
iuſtificare volumus debemꝰ ⁊ nos res coꝛ
pus ⁊ animã pro fratribꝫ ponere. De rebꝰ
dicit̃. j. Iohis. iij. Qui habuerit ſubſtantiã
huius mundi. ⁊ viderit fratrẽ ſuum neceſſi
tatem patientem ⁊ clauſerit viſcera ſua ab
eo. quomõ caritas dei manet in eo. De coꝛ
poꝛe vero ponendo. habemus exemplum
in chriſto. Qui factus eſt ꝑ nobis obediẽs.
deo patri vſqꝫ ad moꝛtem. De anima dicit̃
iterum. j. Iohãnis. iij. Sicut ille animã ſu
am poſuit pro nobis. ita ⁊ nos debemꝰ ani
mas ponere ꝑ fratribꝫ noſtris. Incipien/
tes ergo ab vltimo. hoc eſt. ab anima. eo ꝙ
ab illa tanqꝫ a radice cetera oꝛtuꝫ habent.
Nemo em̃ res vel coꝛpus pro proximo po
nit. niſi per caritatem prius ponat animaꝫ
ſuam. ¶ Primo ergo ſi iuſtificari cupimꝰ.
actus noſtros ad exemplar chriſti pona/
mus ꝑ proximo animas noſtras nõ vt de/
us qui in cruce moꝛiens ꝑ nobis animam
ſuã dedit. ſed ſic ponamus vt quod ſalubꝛe
eſt anime hoc proximo exhibeamꝰ. Et hoc
fit cũ eum ex omni coꝛde veraciter diligi/
mus. vt videlicet ẜm regulas legis natura
lis ei nolimus quod nobis fieri minime
cupimus. Et quod nobis fieri velimus ei
ſimiliter faciamꝰ. Et iſte eſt facillimus mo
dus ponẽdi animã pro fratribꝫ. Ad quod
ſaluatoꝛ condeſcendẽs infirmitati noſtre
hoꝛtatur nos Iohis. xiij. dicẽs. Hoc eſt p̄
ceptum meũ vt diligatis inuicem ſicut dile
xi vos. Nam om̃ia que deus ꝑ nobis poſu
it ⁊ exhibuit. caritas eum vrgebat. quam ſi
ſolã haberemus facillime imo gaudenter
res ⁊ coꝛpus ⁊ animã pro fratribꝫ ponere/
mus. ¶ Secũdo ſi actus noſtros iuſtifi/
cari volumus ad exemplar chriſti. ponamꝰ
pro fratribꝫ noſtris coꝛpus noſtrũ. Quod
ſi ſicut chriſtꝰ in moꝛtẽ dare non poſſumꝰ.
ſaltem om̃es actus de coꝛpoꝛe poſſibiles
vt ſunt verba conſolatiõis. actionis. exhoꝛ
tationis. de malo reprehenſionis. deuote
oꝛationis. benigne conuerſationis ip̃is ex
hibeamus. ⁊ quecũqꝫ alia fideli exhibitio/
ne coꝛpoꝛis eis exhibere poſſumus facia/
mus. taliter agentes vt omniũ moꝛes be/
nigna caritate poꝛtemus. vt de quolibꝫ no
ſtro verificari poterit illud. ij. Machabeo
rũ. xv. Hic eſt fratrũ amatoꝛ ⁊ populi iſra/
el. hic eſt qui multũ oꝛat pro populo ⁊c̃.
¶ Tertio ſi iuſtificari cupimus. actus no/
ſtros ad exemplũ chriſti ponamus. res no
ſtras per opera miſericoꝛdie proximo im/
partiamur. Que ſubuentio tãto ẽ deo acce
ptioꝛ q̃nto res impartiẽde iuſtꝰ habentur
laboꝛioſius acquirunt̃. tenuius poſſident̃.
Quod in ſcriptura oſtẽdit̃ euident̃. Quia
munus Abel ex iuſta acquiſitione oblatũ.
Aqua Dauid ex laboꝛioſo itinere ⁊ pericu
loſo deo libata. Et minuta vidue ex tenui
poſſeſſiõe ſacrificata. deo fuerũt adeo gra
ta ⁊ accepta. vt in ſacra ſcriptura eternali/
ter ſint memoꝛie cõmendata. Nec reruꝫ pe
nuria quenqꝫ poterit excuſare. qꝛ ab vno/
quoqꝫ hoc requirit̃ quod habet Thob. iiij.

Si multũ tibi fuerit habũdãter tribue.
Si exiguũ hoc impartire. Et ſi nihil ali/
ud habemꝰ ſaltem potũ aque frigide exhi/
beamus. pro q̃ merces a domino eſt ꝓmiſ/
ſa. Et ſi ⁊ illud nõ fuerit. ſaltem affectũ bo/
ne volũtatꝭ exhibere nõ negligamꝰ. Quia
ſic dicit Gregoriꝰ. Cor ⁊ nõ ſubſtantiã pen
ſat deus. nec attendit quantũ ſed ex quan/
to offeratur. nec vnq̃ꝫ manus vacua erit a
munere ſi archa cordis repleta fuerit bo/
na voluntate. ¶ D ¶ Tertiũ principale
quod ſm̃ Bernardũ nos ſanctificat eſt pi
us ſenſus. Pium autẽ ſenſuꝫ dicimus in/
ternam deuotionem que deo aſpirãte tan
tum inualeſcit vt in ea dei ꝑſentia feliciter
ſentiatur. Cũ enim ſm̃ Bernardũ ſit cul/
tus dei. ⁊ maxime talis cultus qui agitur ĩ
affectu. hic vtiq̃ꝫ cultus intantũ proficit. vt
deus in eo ſua mirabilia operet̃. Iuſto er/
go nomine pius ſenſus dicit̃. pius ex pie/
tate diuina. ſenſus a ſentiendo. per hoc in/
tenditur ꝙ ille cultus in aĩa ſentiat̃. Et
hec videlicet deuotio licet in noſtra pote/
ſtate minime ſit nec iubeatur quaſi ex no/
bis ipſis per pium ſenſum ſanctificari. poſ/
ſumus tamẽ aliquid per hanc gratiaꝫ me/
reri vt ab ea tanq̃ꝫ ab infimo incipientes.
tandem aliquãdo ad hanc gratiã veniamꝰ
Sunt autẽ tres gradus per quos in hãc
gratiam aſcendimus. ſcilicꝫ per purum in/
tellectum. operis effectum. ⁊ diuinuꝫ affe/
ctum. Si hec tria in deũ ordinamus hãc
gratiã conſequemur. Primo ergo exercea/
mus nos ad deũ per intellectuꝫ. ipm̃ ꝑ iu/
gem memoriã ad deum erigentes. vt vide/
licet ſine intermiſſione deuꝫ cogitemꝰ. hoc
enim omnes poſſumus. nec eſt aliquis qui
ſe de hoc valeat excuſare. Et ideo hoc fir/
miſſime eſt mandatũ Deutero. viij. Caue
ne vnq̃ꝫ obliuiſcaris dñi dei tui. Et Tho/
bie. iiij. Omnibꝰ diebꝰ vite tue in mente ha/
beto deũ. Et Prouerbiorꝫ. iij. In omnibꝰ
vijs tuis cogita illũ. Et Pſalmiſta. Adhe
reat lingua mea faucibꝰ meis. ſi non memi
nero tui. Et ſic cogitatio ab infimis rele/
uetur. eo ꝙ terrena inhabitatio deprimit
ſenſum multa cogitanteꝫ. Iterũ releuetur
ſi iterũ defluat ad terrena. Et ſic noſtra co
gitatio debet eſſe apud deuꝫ cõtinua. Nõ
faciebat Iob. qui dicebat. Ad deum ſtillat
oculus meus. Intellectũ oculũ ſuum vo/
cans. quẽ ad deũ ſtillare dixit. eo ꝙ nõ con
tinue ſed ꝑ interciſa tempora ad deuꝫ ere/
xerit. ⁊ ſic nos debemus ſimiliter facere.
Secũdo exerceamus nos in deo per ope
ris effectum. vt operari incipiamꝰ omnia
que Ieſus chriſtꝰ in ſua cõuerſatione no/
bis ꝓpoſuit facienda. Ad hoc enĩ induit ho
minẽ vt ipm̃ pro viribꝰ imitemur ex eo pro
uocati. Ad hoc dicit Luce. xxij. Ego diſpo
no vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus
regnũ. q̃ſi diceret. Sicut ego deſcendẽs a
patre ⁊ veniens in mundũ non niſi ꝑ labo
res ⁊ ſudores doloreſq̃ꝫ. patreſ c diſponen
te ad eum redeo. ſic ego diſponã vobis. vt
ſi poſt me ad eũ venire cupitis. eiſdeꝫ veſti
gijs incedatis. non declinãdo ad dexteraꝫ
neq̃ꝫ ad ſiniſtrã. In q̃ ſi fideliter agimꝰ ni/
hil de contingentibꝰ omittẽtes. ⁊ in h̃ mere
bimur vt nobis cõmunicet ſuã diuinitatẽ.
Ut ſicut amara ſui homĩs imitãdo bibi/
mus. ſic etiã ſue diuinitatis dulcia degu/
ſtemus. Tertio exerceamꝰ nos in diuio af
fectu quã ex dei ꝑſentia inflati diuinitꝰ cõ/
ſequimur. Et ideo vt verius dicamꝰ. nõ ex
noſtro exercitio ſed ex dei beneficio tanq̃ꝫ
principiũ predictorũ accipiamꝰ illud do/
num. Talis diuinꝰ affectus operat̃ in no/
bis ardentẽ dilectionem. ſapiẽtie illuſtrati
onem. ſpũſſancti nobiliſſimaꝫ conſolatio/
nem. ⁊ multa ſimilia. q̃ nemo ad dignũ ve/
raciter poterit explicare niſi domio Ieſu
xp̃o operante. Hanc gratiã cõferat nobis
pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpũſſanctꝰ. Amen.

## ¶ In feſto Kathedre ſcti Petri Sermo XVII.

**Exaltent eum in**
eccleſia plebis ⁊ in kathedra
ſeniorũ laudent eum. Pſ. cvi.
Dicit beatꝰ Gregoriꝰ. Quãto electi ⁊ dile/
cti dei amplius diligunt̃. tanto in tritura
ꝑſecutionis durius conterent̃. Sed quia
beatꝰ petrus in celeſti patria vt catholice
⁊ religioſe credit̃ in multis eſt p̃ ceterꝭ ſub/
limatus. ideo oportuit vt in hac vita du/
ros etiam ſuſtineret cruciatus. ¶ A ¶
Propter quod ſciendũ. Antequã perue/
niret ad celeſtis patrie exaltationem. tri/
bus vicibus ⁊ modis ſuper terraꝫ legitur
exaltatus. Fuit enim exaltatus Primo ꝑ
electionem. Secundo per operationem.
Tertio per paſſionẽ. ¶ Primo dico bea/
tus petrus a fidelibus chriſti ⁊ ab eccleſia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſancta in Antiochia ad pontificalem digni
tatem exaltatus fuit. ipm per kathedralez
honorem in ſummū pontificem ⁊ paſtorez
eligentes. ⁊ ſup vniuerſaz eccleſiā ſtatuen/
tes. Quod tñ non ſolū factum eſt a fideliū
electione. ſed dei iā dudum preordinatiōe.
Naz in eo ꝙ dixit ei. Petre amas me. paſce
oues meas Johis. xxi. in hoc ipm ſup ec/
cleſiā pontificez ordinauit. Ter dominus
hec verba repetijt. dans ei in eiſdez verbis
pontificatus dignitatē. ⁊ ligādi ⁊ ſoluendi.
aperiendi celū ⁊ claudendi auctoritatez. vt
patet Math. xvi. Etiā in hac trina replica
tione verborū. Petre amas me domin⁹ in
tendebat ꝙ Petr⁹ cū oībꝫ ſuis ſequacibꝫ
populū ſibi ſubiectum triplicit̄ deberet pa
ſcere. q̄i di. Si diligis me paſce verbo. pa/
ſce exemplo. et paſce orone. In quibꝫ verb
paſtorū conſciētia ſtrictiſſime cōuenit̄. De
quo Bernard⁹. Dignū quippe eſt vt qui la/
na ⁊ lacte paſcunt̄ ab ouibus. ipi predictis
tribꝫ ſimiliter oues paſcāt. Et qui nō fece/
rint audiāt quid cōtra eos dominus dicit
Ezechiel. xxxiiij. Ve paſtoribꝫ q̄ paſcebant
ſemetipos. Nonne oues a paſtoribꝫ paſcū/
tur. lac comedebat̄ ⁊ lanis cooperiebami/
ni ⁊c̄. Et ſubdit. Paſcebāt paſtores ſemet/
ipos. ⁊ gregem meū nō paſcebāt. Ecce ego
ipe ſuper paſtores. requirā gregem meum
de manu eorū ⁊c̄. In his verbis paſtores
ad fideliſſimam cuſtodiā paſcēdi oues ad/
monentur. Quia vt dicit̄ Sapie. vi. Du/
riſſimū iudiciū fiet his q̄ preſunt. ¶ Secū
do beat⁹ Petrus exaltat⁹ eſt p operationē
Luz eñ tam fideles q̄ꝫ infideles vidiſſent
ꝙ tātis miraculis in ſuis operatōnibꝫ cho
ruſcaret. vocabāt eum nō hominē ſed deū.
dicētes Actu. xiiij. Dij ſimiles facti homi/
nibꝫ deſcenderūt ad nos. Quoꝝ errorē in
profundū humilitatis ſe pſternens corre/
xit dicēs. Quid nos intuemini q̄ſi ꝓpria v̄/
tute aut poteſtate fecerim⁹ hunc ambula/
re. De⁹ Abraam. deus yſaac. deus Jacob
deus patrū noſtrorū glorificauit filiuz ſu/
um ieſum. Actuū. iij. q. d. non nos exaltate.
ſed dñm in his operibꝫ. q̄ ꝓpter vos mirabi
lia opat̄. Intantū ergo Petr⁹ extitit exal/
tatus ⁊ inſignit⁹ pdigijs ⁊ miris opibꝫ ma
gnificat⁹. vt in plateis ponerent infirmos
in lectulis ⁊ grabat̄. vt veniēte Petro ſal/
tem vmbra eius obumbraret quēq̄ꝫ illorū.
⁊ ſanarent̄ a languoribus ſuis. ¶ Tertio
beatus Petr⁹ exaltat⁹ eſt in paſſione. Luz
a pſecutoribus leuat⁹ a terra ſuſpendit̄ in
cruce pedibꝫ ſurſum ⁊ capite demiſſo i ter/
ram p paſſionē crucis finiens vitaz in no/
mine Jeſu chriſti. Et ideo ſciendū ꝓpter
has tres exaltationes quibꝫ ſuper terram
meruit exaltari. etiā ſponſa chriſti eccleſia
ſctā triplex de eo feſtuz inſtituit celebrare.
volens vicē reddere ſue triplici exaltatiōi.
Nā ꝓpter primā exaltationē. ſcꝫ electionis
pſens feſtū inſtituit. Propter ſecūdā exalta
tionē ſcꝫ opationis in q̄ que nō minimū fu/
it eius mirabilis ab angelo de carcere libe
ratio celebrat̄ feſtiuitas que vocat̄ Petri
ad vincula. Propter tertiā exaltationē ſcꝫ
paſſionis etiā feſtum ſpeciale ſolennit̄ cele
bratur. Has exaltatōes intuens Berñ. di
cit. Conſiderās ꝙ Petrū man⁹ oīpoten
tis regni celeſtis clauibꝫ inueſtit ſup quem
fundat̄ eccleſia. cui ptās ligādi ⁊ ſoluendi
tradit̄. qui celos claudit ⁊ aperit. quod che
rubin ⁊ ſeraphin habere nō legit̄. vehemē/
ter admiror. Et ſubiūgit. Conſummatus
honor ⁊ dignitas glorioſa hominē in terr̄
poſitū. in celis imperare. ⁊ in terra ſup an/
gelorū choros iudiciarie poteſtatis habe/
re virtutē. Aſſiſtunt angeli. pſident. imperi
um expectātes. ⁊ adminiſtrationē ſpiritus
ſibi miniſterio ſortiunt̄. ſed ligādi atq̄ꝫ ſol/
uendi nullus eorū excipit poteſtatē. Adeſt
Petrus ⁊ ad eius imperiū vniuerſitas or/
bis ſoluit̄ ⁊ ligat̄. Et pcedit ſentētia Petri
ſniam ſaluatoris. Quia nō quod chriſt⁹ li/
gat petrus liget. Sed quod Petrus ligat
chriſtus ligat. ⁊ iudicia eius cōfirmat om/
nipotens. Et ſciendū ꝙ hec triplex exalta/
tio ex triplici radice ſumpſit exordium. ſcꝫ
ex chriſti inſtitutione priori. cognitione il/
luminatiori ⁊ charitate feruentiori. De pri
mo dico. Petrus exaltat⁹ fuit p electionez
ex chriſti inſtitutione pus. Hoc audiēs ec/
cleſia ꝙ xp̄us in terris Petrū ſummū pon
tificem inſtituit in his verbis. Simon di/
ligis me plus his. paſce oues me. eandem
inſtitutionem p ſuā electionē pducere vo/
luit ad effectum. ¶ Secūdo exaltatus fu
it p operationē ꝓpter cognitionem illumi/
natiorem. Unde cū ſaluator quereret a di
ſcipulis de ſua cognitōe Math. xvi. dicēs
Quē dicunt homies eſſe filiū hoīs. Rñdit
Pe. tāq̄ꝫ p oībꝫ illumiatior. Tu es xp̄s fili⁹
dei viui. Cui dñs. Btūs es ſimon bariona

q2 caro ꝛ ſanguis n̄ reuelauit tibi. q. di. hāc
cognitionem nō habes niſi ex infuſo lumi
ne veritatis. Et vt deus hanc aſſertionem
probaret eſſe veriſſimā. vtpote ſuper quaȝ
tanq̄ȝ ſuper fundamentū edificaret eccl'iaȝ.
merito debuit Petrū pre ceteris honora/
re. ꝛ tanq̄ȝ ſectatorē profundiſſime veritat̄
ſignis mirabilib9 in ſuis operib9 exaltare.
Tertio exaltat9 fuit in paſſione ꝑ caritatē
feruentiorem. vt ſicut ipe deuȝ pre ceteris
plus dilexit. dicente domio. Dilig' me pl9
his. ſic etiā eum debuit in paſſione prim9
imitari. Omēs enī martyres qui digni in/
uenti ſunt ꝑ nomie Jeſu cōtumeliam pati
ꝛ paſſionis ſubire tormentū. ex radice cari
tatis veracit' acceperūt. Quis enī dura tā
gaudēter poſſit ſubire tormenta ſi non ad
hec patiētia inclinaret ꝛ violētia caritatis.
Hinc Aug. Quomō corruptibilis puluis
ↄtra tā immania tormēta duraret. niſi ī eo
chriſtus habitaret. ꝛ hoc ꝑ affectū dilectio
nis. De ꝓma exaltatiōe dicit Ps. Exalta/
ui electū de plebe mea. De ſecūda ſimiliter
Dextera dn̄i fecit virtutē. dextera dn̄i ex/
altauit me. Per dexteraȝ miracula intelli/
ge que ſolus de9 in ſanct' ſuis operat'. De
tertia dr̄ Ecci. xlvi. Exaltauit eū de terra.
Et hec de exaltatiōe hui9 glorioſi ꝓncipis
dicta ſufficiāt. B. Nunc dicēduȝ eſt. q̄
bus exercitijs etiā nos exaltari debeam9.
vt ſic electa exaltatiōe premioꝝ nō terreat'
exercitatio laborū. Si ergo hui9 ꝓncipis
exaltationē tanq̄ȝ fimbriā tāgentes cōſequi
cupimus oportet nos ꝑ predictos modos
trāſire ꝛ induere exercitijs eorūdeȝ. Inci
pientes ab electione ꝛ ab illa ad operatio/
nē ꝛ paſſionē iuſto ordine adiuuāte grā ve/
niamus. Primo ergo cupiētes exaltari
hic ꝑ vite meritū. ꝛ in patria ꝑ glorie ꝓmiū
incipiam9 ab electione. qđ tunc facimus ſi
per grām ſpūſſancti intrinſecus cōpuncti
incipim9 inſpicere vitā noſtrā. bonū ꝛ ma/
lum. celū ꝛ terrā. celeſtē iocunditatē. infer/
ni calamitatē. momentaneā delectationē.
ꝛ eternā dānationem. mētis noſtre oculos
intrātes. ꝛ inter iſta deliberato cōſilio diſ/
currentes. ipa prout ſunt iuſta ponderati/
one ↄſiderātes. quid inter iſta potiſſimuȝ
ſit eligendū acutiſſime conſiderem9. Pon/
deremus inquā vtrū ꝓpter momentaneaȝ
delectationē mereri expediat eternā dam/
nationē. Et vtrū propter terrena bona ex

pediat carere celeſtib9. cū futura bona ſint
ꝑſentib9 in infinitū meliora ꝛ omib9 ꝑſtan/
tiora. Nec dubiū ſi bene ſine diſſimulatio/
ne vtrobiq̄ȝ inſpicim9. quin deū cū ſuis bo
nis eligamus. ꝛ munduȝ cum indignatiōe
magna vt ↄtrariū reſpuam9. iurātes ꝛ ſta/
tuentes cuſtodire iudicia iuſticie ei9. Qđ
ſtatim vt factū fuerit eligit nos deus. trāſ/
ferens nos de ſeruis diaboli ꝛ facit nos fi/
lios dei. Et ex hoc nō ſumus modicū ex/
altati. Dicitq̄ȝ nobis deus illud Deutero.
xxvi. Dominū deuȝ tuum hodie elegiſti vt
ſit tibi deus ꝛ ambules in vijs ei9. En ele/
git te hodie domin9 vt ſis ei popul9 pecu/
liaris. ꝛ faciet te excelſioreȝ cunctis gentib9
quas creauit in laudem et gloriam ſuam.
An non ſumus vehementer multum ni/
mis exaltati cuȝ de ſeruis diaboli adopta
mur in filios dei. Quid enim ignominio/
ſius diabolo. Quid glorioſius deo niſi q2
adhuc neſcio quid ignominioſius ſonat eſ
ſe ſeruum diaboli. q̄ȝ dn̄m eſſe celi. Om̄s ei
ſerui dn̄is ſūt inferiores. Et ois dn̄s inq̄n
tū talis ſuꝑior eſt ſuo ſuo. Mō dr̄ Johis
viij. Om̄is q̄ facit pctm̄ ſuus eſt pcti. imo
pctm̄ ex hoīe facit diabolū. iuxta illud Jo.
vi. Nōne ego vos elegi. ꝛ vn9 ex vobis dia
bol9 eſt. Ecce q̄nta ignominia ꝛc̄. Et ſic pȝ
q2 ex nr̄a electiōe q̄ deū eligim9 exaltamur
vehement'. C. Scđo exaltamur ꝑ opa
tionē. cū iā filij dei facti ꝛ ſpū filioꝝ dei īſpi
rati auide currim9 viā dei. Qđ tūc velocit'
ꝛ fideliter facim9 ſi oīa opa nr̄a deo exhibē
da om̄i conatu facim9 cōem ſtatū exceden/
tes opeꝝ alioꝝ. nō ↄtenti cōib9 obſequijs.
ſed q̄ntū vires ſuppetūt cū diſcreto exceſſu
ſinglaria faciā9. vt dicere poſſit vn9 q̄ſq̄ȝ illđ
Eccs. ij. Magnificaui opa mea. Exceſſus
aūt diſcret9 reputat' ex duob9. ſcȝ ex multi/
tudine ꝛ conamie. h̄ eſt. vt multa faciā9 bo/
na opa ꝛ eadē cū conamie. Hūc conatum
opeꝝ tādiu ↄtinuātes q̄uſq̄ȝ ꝺ exceſſu ope/
rū ꝑueniam9 in exceſſuȝ mētis. Hūc exceſ
ſum docet Bern̄. di. Bonū eſt hoi ſua ob/
ſequia ad cumulū dare. Uerbi grā. Suffi
cit ad ſalutē moleſtiā ſufferre patient'. ſȝ cu
mulus ē etiā in feruore deuotiōis ꝛ ſpirit9
eas amplecti libent'. Sufficit ad ſalutē ſu/
perflua non req̄rere. ſed nec ꝓpter ipa ſi de/
ſunt murmurare. Sed cumul9 eſt exulta/
re ꝛ libēter q̄rere quō ali9 habeat. mag' ipe
penuriā patiat'. Sufficit q̄dem ad ſaluteȝ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſi ñec impatiẽtia nec fraude aliqua ad illud
qđ deſideras velis inuitum animũ prelati
tui inclinare Sed cumulus eſt etiã fugere
ea ⁊ oblata reſpuere in quibꝫ voluntatẽ tu/
am ſenſeris oblectare. ¶ ¶ Tertio exal
tamur ꝑ paſſionẽ. cũ nos q̃buſdã exercitijs
paſſiõi equiualẽtibꝫ ſtrẽnue exercemꝰ. Naz
cũ ꝑ ꝓpriorũ meritoꝝ exercitia ſcti homĩes
ad ꝯtemplatiõis gratiã admittunꝉ. tũc ab
omĩ ſpecie terrene ꝯſolatiõis ſe elongãt. vt
bonis celeſtibꝫ habundãtiꝰ ꝑfruanꝉ. Qui/
bus vtcunq̧ guſtatis. cuz more ſuo ſe ſub/
traxerint fit amaritudo amariſſima impa/
tienti deſiderio ⁊ languere incipiunt vehe/
mẽter. Cũ em̃ ad carnales delectatiões re
dire libeat nec liceat. ambobꝫ carẽtes ⁊ tan
q̃ꝫ inter celũ ⁊ terrã ſuſpẽſi amariſſime cru
cianꝉ. Et tales cruciatꝰ equiualẽt paſſioni
De hac paſſione dicitꝉ Job. vij. Suſpẽdi/
um elegit anĩa mea. ⁊ mortez oſſa mea. Qđ
exponẽs Grego. di. Quid ꝑ animã niſi mẽ
tis intentio. quid per oſſa niſi carnis forti/
tudo deſignaꝉ. Om̃e aũt qđ ſuſpendiꝉ. pro
culdubio ab imis eleuaꝉ. Anĩa vero ſuſpẽ/
dium elegit vt oſſa morianꝉ. Quia dũ men
tis intẽtio ad alta ſe ſubleuat omnẽ ĩ ſe car
nis fortitudinẽ necat. Sancti em̃ viri cer/
tiſſime ſciunt qꝛ hr̃e requiẽ in hac vita ne/
quaq̧ꝫ poſſunt. Et idcirco ſuſpendiuz eli/
gunt. qꝛ terrena deſideria deſerẽtes ad al/
ta animũ tollũt. Suſpenſi autẽ oſſibꝫ ſuis
mortẽ inferũt. q̃ amore ſupne patrie virtu
tũ ſtudijs accincti q̃ prius fortes in mũdo
fuerãt ſuſpenſi occidunt. De hoc martyrio
etiã dic̃ Grego. Cũ gr̃a ꝯtemplãtibꝫ celeriꝰ
nõ ſubuenit fit obſeratũ celũ eneuz ⁊ terra
ferrea. Et cũ relicta ſibi hũani cordis du/
ricia ad votũ exaudiri nõ mereꝉ. anxietas
deſiderãtis negari ſibi exiſtimat q̃cq̃d dif/
fertur. Neſcio an ipaz iehennã experiri ad
tempꝰ horribiliꝰ penalius ve dicatur. q̃ꝫ pꝰ
ſpũalis ſtudij guſtatã ſuauitatez exire de/
nuo ad illecebras ⁊ moleſtias carnis. Ta/
les ğ crucifixi ⁊ ſi nõ ferro ſanguinem fun/
dãt. petri tñ corpali martyrio adequanꝉ.

¶ De ſancto Mathia.
Sermo XVIII.

Ors cecidit ſu/
per Mathiã. Actuũ. j. Salo
mon ex pſona dei dic̃. Beatus
homo q̃ audit me ⁊ q̃ vigilat ad fores me/
as quotidie. ⁊ obſuat ad poſtes oſtij mei.
In quibꝫ v̓bis ſubtiliſſime deſcribiꝉ di cõ/
monitio q̃ ſortẽ ſue cõmonitionis ſuꝑ nos
proijcit vt quiſq̧ audiat vigilet et obſuet.
Qui em̃ has tres cuſtodes ad oſtiũ cordiſ
ſui poſuerit. ſcꝫ audientiã. vigilãtiã ⁊ obſer
uantiã. q̃ntũcunq̧ furtiue venerit nõ pote
rit ignorare. De hac diligẽti cuſtodia dicit
Bern̄. Veniẽs ad nos nõ facile obſuatur
vnde veniat aut q̃ vadat. ac iſtud ſorte ſine
dãno ſalutis. licet q̃n̄ veniat aut q̃n̄ vadat.
illud plane ꝑiculoſiſſime q̃n̄q̧ ignoretur.
Qũ aũt hec tria vt ſup̄. nõ obſuãtur ſic vt
nec abſentẽ deſideres nec pñtez glorifices.
ideo recedit vt auidiꝰ queraꝉ. q̃ non adeſſe
reſcitur. ⁊ dignãter ad h̄ redit vt ꝯſoleꝉ ⁊c̃.
Hinc eſt ꝙ qui ſortẽ dei vocãtis ꝯtẽpſerit.
idõ dãnãdus eſt. qꝛ nec pñtiã eius nec abſen
tiã eiꝰ curauerit. ꝓpter qđ tales cenã dñi nõ
guſtabunt. auertet ſe ab illis tãq̧ꝫ reproba/
tis. ⁊ ꝯuertens ſe ad electos. ſortẽ ſue voca
tionis ſuꝑ eos proijcit. q̃ pulſantez audiũt
⁊ intromittũt. Sicq̧ ꝯtingit vt vno eodẽ
q̧ modo dulciſſimo monẽte. alij indurenꝉ
vt pereãt. alij emendenꝉ vt ſaluenꝉ. ſicut de
ſole vno ⁊ eodẽ alie res molleſcunt vt cera.
alie indureſcunt vt lutũ. Si g̃ĩa pulſans a
reprobis nõ audiꝉ. dicet eis. Amẽ dico vo/
bis. neſcio vos. Intromiſſus ãt ab electis
ſtatim in medio ẽ terre ſalutꝫ ⁊ incipit opa/
ri ſalutẽ hoĩs. i. dat grãm ſuã ei quẽ inhabi
tat. Ex gr̃a em̃ adiuuãte ⁊ ꝯſenſu ſe iclinã/
te ꝑficiꝉ ſalus. Iuxta illud Apoca. iij. Ego
ſto ad oſtiũ ⁊ pulſo. Si q̃s mihi aperuerit
introibo ad eũ. ⁊ cenabo cum eo. Ubi duo
tãgunꝉ. ſcꝫ gr̃a pulſans ⁊ ꝯſenſus aperiẽs.
Intrat qꝛ intromiſſus. ſꝫ eq̃liꝉ nõ inhabi/
tat. Legiꝉ em̃ in euãgelio ꝙ aliq̃n̄ occulte.
aliq̃n̄ manifeſte erat in tẽplo. Sic occulte
inhitat nos ꝑ fidẽ. Cũ aũt hõ bonis opibꝫ
⁊ v̓tutibꝫ fuerit exercitatꝰ in corde ſuo ꝑ ve
hementẽ ignẽ caritatis. Tunc iã nõ ſolum
ſicut puer pãnis inuolutꝰ ꝑ fidem iacet in
pſepio cordis noſtri. Sed q̃i denudatꝰ ha
betur manifeſte in cruce ꝑ caritatez affectꝰ
incenſi. Intromiſſus ğ ꝑ ꝯſenſus inclinati
onẽ animã noſtrã ꝑficiẽdo in nob̄ q̃nq̧ paſ
ſibus tãq̧ꝫ q̃nq̧ ꝓfectibꝫ nos ꝓmouet vſq̧
ad ꝑfectũ ꝑficiens vitã noſtrã. Primo ꝯſci
entiã purificat. penitẽtiã infundẽdo. Se/
cũdo mentẽ fortificat reſiſtentiã ꝯferendo
Tertio bona opera multiplicat. nobiſcuz

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

efficaciter opando. Quarto virtutes edifi
cat. aiam coronādo. Quinto nos ſctificat
ſiue pfectificat deuotionē noſtraȝ diuinit⁹
aſpirādo. Et his pfectib⁹ pficit̃ vita beata.
¶ A ¶ Primo dico ꝙ ꝯſcientiaȝ purificat
a fedis peccatis. pniam infundendo. eo ꝙ
nulla ꝯueniētia ſiue cōmāſio pōt eſſe lucis
ad tenebras. diuine maieſtatis ꝛ nr̃e iniq̄/
tatis. Statim ḡ vt ingreſſus fuerit p radi
os ſue diuinitatis impingit in tenebras. et
diſſoluit ꝛ diſſipat in momēto ꝛ in ictu ocu
li quicq̄d inuenerit feditatis. Nō ſic cōtin
git. Nā ad lumen ſue pn̄tie nō pōt aīa ma
la q̄ cōmiſit ignorare. ſed ſtatim vt cognita
fuerint diſplicēt vehemēter. q̄ aūt diſplicēt
penitet cōmiſiſſe. Sic ex dei pn̄tia ſurgit
anie cognitio. ꝛ ex cognitiōe pcedit diſpli/
centia. ꝛ ex illa pnīa. Quā. vt ait Criſ. ſeq̄
tur pctōꝝ remiſſio. Nō eīn ſe poterit ꝯtine
re illa benigna dulcedo ꝛ dulcis benigni/
tas q̄ eſt in viſcerib⁹ miſcđie dei nr̄i cum ex
corde nos penitere et dolere cognoſcit q̄n
ad gemitū nr̄m. offenſam i ſe cōmiſſam mi
ſericorditer indulgebit. Sed q̄d pdeſt peni/
tere de culpa ſi non dat̃ anie grā ꝯtinendi.
Laui pedes meos ait ſponſa in Canticis.
quō iterū inq̄nabo illos. ¶ B ¶ Idcirco ſe
cūdo dei pn̄tia mentē fortificat. reſiſtētiaȝ
ꝯferendo. Modicū eīn pdeſt pma grā. ſcȝ
remiſſio pctōꝝ. ſi nō ſubrogat̃ virtus ꝛ grā
ꝯtinēdi. fieret eīn ſine dubio error nouiſſi/
mus peior pori. ꝛ recidiuāti ſm aliq̄d pei⁹
fieret q̄ȝ iacenti. Sed quia hec grā ex pte a
nobis eſt. vt videlicet occaſionē recidiuādi
nobis ſubtrahām⁹. Ideo ꝯſulit̃ nob eccs. x.
Si ſpūs ptātē hn̄tis aſcēderit ſup te. locū
tuū ne dimiſeris. ac ſi di. Si valida tēpta/
tio innaſerit te. tiore ne ꝯſenſeris. eligēs ma
gis vri ꝙ mori. Efficacior aūt ꝛ cautior re/
ſiſtentia eſt. vt cuilibet impugnatiōi in pn̄/
cipio reſiſtam⁹. vt vicia impugnātia dicere
poſſint illud. j. Re. xxix. Quō meli⁹ poterit
placare dn̄m ſuū q̄ȝ in capitib⁹ nr̄is. Quia
vicia in modū ſerpentū ſe habent. q̄ vbicū/
q̄ȝ caput inferunt facillime ſequit̃ totū cor/
pus. Ergo principijs obſta. Quia valde fe
dum ꝛ indecēs eſt corā deo ſi quis p grām
emūdatus a peccatis ad lutū redeat iterum
ſpurcicijs pcī ſe deformās. Tales eīn imū
diſſimis feris cōparant̃. ſcȝ cani q̄ redit ad
vomitū. ꝛ ſui lote in volutabro luti. vt pa/
tet. Prouerb. xxvi. ꝛ ij. Petri. ij. cap. Ideo

Bernard⁹. Si dixerit mihi ieſus. Dimit/
tunt̃ tibi peccata tua. ꝛ ego peccare nō deſi
no. Quid pderit exui tunicā ſi reinduo. q̄i
diceret. nō pdeſt ſed plus nocet. Deniq̄ȝ q̄
me ſaluuȝ fecit ipm mihi dixiſſe recordor.
Ecce ſanus factus es. iam noli peccare ne
deteri⁹ tibi cōtingat. ¶ C ¶ Tertio inhabitās
in corde noſtro bona nr̄a mľtiplicat nobis
cooperādo. Nā ſi ſoli ipa faceremus nihil
nobis pderunt ad ſalutē. ſed valor ꝛ acce/
ptabilitas eorū ex operante ſpū eſtimatur.
Spirit⁹ eīn ſanct⁹ grata facit ea deo patri
ꝛ format ipa ad exemplar operū dn̄i noſtri
Ieſu chriſti. Opera autē xpī quinq̄ȝ ſignis
pfectiſſime cōprobant̃. In quib⁹ q̄ntū ipm
imitabimur. tanto deo magis erunt acce/
pta. Habebāt autē opa chriſti difficultatē.
promptā voluntatē. feruentē caritatē. pſe/
uerantem longanimitatē. Et faciens om/
nia nō ad ſuā ſed ad noſtrā vtilitatē. De p/
mo ꝙ opa chriſti habebāt difficultatē dici
tur Marci. xiiij. Cepit ieſus pauere ꝛ tede
re. ꝛ meſt⁹ eſſe. Et dixit. Triſtis ē aīa mea
vſq̄ȝ ad mortē Et Luce. xxij. dicit̃. Factus
in agonia plixius orabat. et fact⁹ eſt ſudor
eius tanq̄ȝ gutte ſanguinis decurrentis in
terrā. Qđ reuera ex difficultate pconcepte
mortis fuit. ꝛ ex imaginatiōe crudeliſſime
paſſionis. Secūdo cū promptiſſima volū
tate fecit opa ſua Luce. xxij. Deſiderio de/
ſideraui hoc paſcha mādūcare vobiſcum.
Ad Hebreos. xij. Per patientiā curram⁹
ad pp̄oſitum nobis certamē aſpicientes in
auctorem fidei ꝛ ꝯſummatorē Ieſum q̄ p
poſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucē ꝯfuſione
ꝯtempta. Tertio ex feruēti caritate fecit o/
pera ſua Iohis. xv. Maiorē caritateȝ ne/
mo habet vt animā ſuā ponat quis p ami/
cis ſuis. q̄i di. quā ꝛ ego etiā p inimicis po
no ꝛc̄. Quarto ex pſeuerāti longanimita/
te chriſt⁹ fecit opera ſua. Quia viu⁹ de cru
ce non deſcendit. ſed conſtans pmanſit vſ/
q̄ȝ emitteret ſpirituȝ. Quinto in omib⁹ his
nō queſiuit quod ſibi vtile eſſet. ſed qđ no/
bis omnib⁹ cederet ad ſalutē. His quinq̄ȝ
modis chriſt⁹ ieſus exiſtens in hoc mūdo
opera ſua pfecit nobis in exemplū. Si er/
go volumus facere opera deo accepta de/
bemus facere opa difficilia. volūtaria ꝛ fer
uida. et cum conſtanti pſeuerātia. et in his
omnib⁹ non noſtrā vtilitatē ſed dei gloriā
querere debem⁹. ꝛ ſic efficaciter operemur

¶ D ¶ Quarto deus inhabitãs in nobis
vlterius ꝓgredit̃. plantans et edificans in
nobis virtutes. Nihil em̄ oĩa p̄dicta pla
cerent deo ſi non eſſent ꝟtutib⁹ adornata.
Sicut dicit Bern̄. Deꝰ qui virtutū dn̄s
eſt. nequaq̄ȝ cordis nr̄i thalamū ingredit̃.
ſi nō fuerit lectulus cordis ꝟtutib⁹ adorna
tus. Et ſubdit. Quantūcunqȝ te affligas.
q̄ntumcūqȝ te crucies. nō ſui copiā tibi tri/
buit niſi fueris virtutib⁹ adornatꝰ. Debe/
mus ḡ eſſe ornati. p̄cipue trib⁹ ꝟtutib⁹ the/
ologicis. ſcȝ fide. ſpe ⁊ caritate. tandē etiā
iudicio. miſ̄c̄dia ⁊ iuſticia. de quo Michee
vj. Indicabo tibi o homo q̄d ſit bonum. et
quid dn̄s requirat a te. Utiqȝ facere iudi/
ciū ⁊ diligere miſ̄c̄diam. ⁊ ſollicitū ambula
re cū deo tuo. Primū exhibendū eſt nob.
Scōm primo. Tertiū deo. Primo ergo
inſtauremꝰ iudiciū ꝯtra noſmetipos de oī
bus cogitationib⁹. affectionib⁹. locutiōib⁹.
⁊ op̄ationib⁹ malis nos ſubtiliſſime diiu/
dicantes. nec aliq̄d iſtorū nos tranſeat q̄d
nō diſcutiat̃ ⁊ diiudicet̃. Et ſi q̄d inuentū
fuerit q̄d nō liceat deceat vel expediat pu/
niatur. ⁊ in reliquū corrigat̃. Tale iudiciū
ſupra modū placet deo ⁊ p̄parat locū deo.
Ps. Iuſticia ⁊ iudiciū p̄paratio ſedis eius
Illud aūt iudiciū nō niſi ꝓpter nos a nob
exigit. Quia ſi noſmetipos diiudicaremꝰ.
nō vtiqȝ iudicaremur dicit Apl's. Secun/
do habeamus miſ̄c̄diam ad ꝓximos. bona
eorū op̄a magnificātes ⁊ mala fideliter ex
cuſantes. Hinc Bern̄. Caue tue dei alie/
ne ꝯuerſatiōis eſſe aut curioſus explora/
tor aut temerariꝰ index. ⁊ ſi ꝑperā rem cō/
p̄hendis cōmiſiſſe. nec ſic proximū iudi/
ces. magis aūt excuſa intentionē. ſi opꝰ ex/
cuſare nō potes. puta ignorantiā. puta oc/
caſionē. puta ſubreptionē. Qz ſi oēm oīno
diſſimulatōnē rei certitudo recuſat. dicito
nihilominꝰ apud te. Nimis vehemēs fuit
iſta temptatio. q̄d de me illa feciſſet ſi acce/
piſſet in me poteſtatē. Tertio ambulandū
eſt ſollicite cū deo q̄ tanta ſollicitudīe nos
⁊ oĩa op̄a noſtra intuet̃ vt etiā dinume/
ret greſſus nr̄os Job. xiiij. Tu q̄dē greſ/
ſus meos dinumeraſti. ſed parce pc̄tis me
is. Omi ergo cautela et omi diligētia eius
debemꝰ cauere diſplicentiā ⁊c. ¶ E ¶
Quinto deꝰ habitās in nobis omnē vitā
noſtrā ſanctificat. interiora nr̄a diuinitus
inſpirando. Qd̄ ꝯtingit cū ꝑ priora exerci/
cia bene humiliati diſpoſiti ⁊ p̄parati ſenti
mus in nob flagrantē ignē caritatis. q̄ vi/
delicet ignis ex habūdanti copia oīm gra/
tiarū copioſas bn̄dictiones ſecū affert. ita
ꝙ implet̃ in nob illud ex ꝑſona dei. Genes
xxx. Modicū habuiſti anteqȝ venirē ad te
nūc autē bn̄dixit tibi deꝰ ad introitū meū.
Et licet deꝰ aduentu ſuo varijs bn̄dictio/
nib⁹ nos replet. maxime tñ bn̄dictione tri/
plici. ſcȝ mutatiōis. augmētatiōis ⁊ bn̄di/
ctionis. Primo affert ſecū benedictionem
mutatiōis. mutās maledictionē veterꝫ ho/
minis in bn̄dictōnē. Nā anteqȝ veniret do
minꝰ ad nos illi ſubiacuimꝰ maledictioni.
de q̄ dicit̃ in Ps. Maledicti q̄ declinant a
mādatis tuis. Et iterū Eccl. xxv. Maledi
ctus q̄ ſeruit indignis ſe. Et qꝛ ſeruiuimꝰ
mancipio corpis nr̄i. q̄d reuera indignꝰ ⁊
ignobilꝰ eſt q̄ȝ nos. ⁊ ꝑ ꝯſequēs ſeruiuimꝰ
diabolo ⁊ pc̄tō. de q̄ dicit̃ Johis. viij. Qui
facit pc̄tm̄ ſeruꝰ eſt peccati. Et ſic ex his oī
bus fuimꝰ maledicti. ⁊ hec maledictio mu
tata eſt in bn̄dictōem. ex cuiꝰ virtute oīa
in nob cooperant̃ in bonū. Scōo portat
ſecū benedictōem augmētatiōis cumulās
ſup nos merita vt impleat̃ in nob illud Ge
neſ. i. Bn̄dixit illis d's. ⁊ ait. Creſcite ⁊ mul
tiplicamini. Ac ſi bn̄dicēs dicat. Creſcite.
ſcȝ in meritis. ⁊ replete terrā corpis veſtri
ꝟtutib⁹ merita cumulātes. Tertio benedi
cit nos bn̄dictione ſanctitatꝫ vel ſanctifica
tionis. qꝛ ex eiꝰ benedictiōe intus ⁊ extra ꝑ
omia ſanctificamur. Vn̄ Ps. Hic accipiet
benedictionē a dn̄o. ⁊ miſ̄c̄diam a deo ſalu
tari ſuo. Et hanc nob preſtet ⁊c.

¶ De ſancto Gregorio.
Sermo XIX.

**Negociamini dū**

n venio. Scribit̃ Luce. xix. ⁊ legi
tur ad honorē beati Gregorij i
feſto hodierno. Ipſe em̄ eſt inter ſup̄mos
negociatores fidelis ⁊ prudēs negociator
Qui non ſolum in tempe ſuo. h̄ eſt. in vita
ſua. verbo ⁊ exemplo negocia dn̄i fideliter
pegit. ſed vſqȝ ad finē ſeculi vel ad diē no/
uiſſimū ſcriptis ſuis dulciſſimis aurū ⁊ la/
pides p̄cioſos ad edificationē eccl'ie nō ceſ
ſat cōportare. ita ꝙ de eo verificari poterit
illud Zacha. xiiij. Nō erit vltra mercator i
domo dn̄i. ſcȝ filijs illi Et eccl. xliiij. Non ē
inuētus ſilis illi. ſcȝ in doctrina veritatis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# De ſancto Gregorio

Ipſe fuit qui merito audire meruit a domi
no illud Math.xxv. Euge ſerue bone ꝛ fi-
delis.q2 in pauca fuiſti fidelis. ſupra mul-
ta te ↄſtituam ꝛc̄. Hec de laude eius breui
ter dicta ſunt. A Nunc ↄuertam⁹ ne-
gociū ad noſmetipſos.eo ꝙ etiā nob̄ dictuȝ
eſt verbū ꝓpoſitum. Negociamini dum ve
nio. Negociemur ḡ in ſpū interioris homi
nis.eo ꝙ illa negociatio melioꝛ eſt negocia
tione auri ꝛ argenti. Prouerb.iij. Illa loca
apta ſūt ad lucrādū. vbi nō lōge ab inuicē
ſunt loca forenſia ꝛ multe nundine ꝛ vicine
eo ꝙ mercatores ſua mercimonia ad eadē
loca vicina facilit̄ poſſunt trāſportare. Vo
lētes igit̄ mercari ꝛ negociari qḋ in eternū
expedit.ingrediamur iterioꝛa nr̄a colligā-
tes ſarciunculas nr̄as.i.intellectū ꝛ affectū
mentalit̄ diſcurrētes ad loca vicina.que et
ſi longe alicui diſtare vident̄.vtpote celū ꝛ
infern⁹.ſpū tamē ꝓxima ſunt ꝛ mēte veloci
ter omīa ꝑcurrere poſſumus.ſine quis ob
ſtaculo retardāte. Quia in imagine veloci
ter currit hō.ꝛ in ictu oculi ꝑtrāſit omīa lo
ca. Primo ḡ collectis ſarciuncul̄ nr̄is.ſcili
cet intellectu ꝛ affectu.curram⁹ introꝛſum
ad nūdinas. Primo ad negociatiōes pctō
rū. Scḋo ad nūdinaſ defectuū nr̄oꝝ. Ter
tio ad ↄſideratōnē beneficioꝝ. Quarto ad
nundinas penaꝝ infernaliū. Quito ad fo-
rū regni celoꝝ. Sexto ad vanitates mun
danoꝝ. Septimo negociemur aliq̄d apḋ
deū deoꝝ. Primo negociemur circa mate
riā pctōꝝ nr̄oꝝ ponderātes ꝛ menſurāteſ
ꝛ numerātes multitudinē ꝛ magnitudinē
pctōꝝum.in his nūdinis tādiu nos exercē
tes q̄uſ lucremur merces omib̄ mūdi di-
uitijs meliores.qḋ eſt pn̄ia ſalutaris. Naȝ
in ponderib̄ ꝛ mēſuris dat̄ ꝛ accipit̄ aliq̄d.
Sic ꝛ nos ꝓ pondere pctōꝝ accipiam⁹ pe
nitentiā ſcḋm qualitatē ꝛ q̄ntitatē pctōꝝum.
Et hec cōmutatio erit nobis melioꝛ ꝛ vtili
oꝛ q̄ȝ omēs diuitie hui⁹ mūdi. Et h̄ eſt pri-
mū lucrū qḋ in h̄ foro lucramur.ſine q̄ nul
lum lucrū in reliq̄s ↄſeq̄mur. Et ſi h̄ lucrū
ſcȝ pn̄iam iteꝝ ad aliq̄d lucrādū (ſicut pru
dentes mercatores faciūt) exponim⁹.tunc
ↄſeq̄mur iteꝝ illo theſauro meliorē. ſcȝ re-
miſſionē oīm pctōꝝ. Hoc em̄ ↄſequēs eſt
vt dicit Cris. Cito hō dat pn̄iam ꝓ pec-
catis ſuis.tacito etiā accipit pctōꝝ ſuoꝝ re
miſſionē. Hinc Bern̄. Ad verā cognitionē
pctōꝝ imediate ſequit̄ pn̄ia ſine vllo inter-
uallo. Nā qui vere cognoſcit malū quod ex
pctō incurrit.a pn̄ia ſe nullomodo ↄtinere
pōt. Multo min⁹ deus cui⁹ ꝓpriū eſt miſe-
reri ſemꝑ ꝛ parcere a remiſſiōe ſe ↄtinet cū
viderit pn̄iam veraȝ eſſe. Hoc ḡ lucro ma-
gno ↄſecuto ad alias nūdinas ꝓperemus.
B Secūdo ḡ curramus ad nūdinas
defectuū noſtroꝝ. Hec em̄ mercatio ime-
diate ſequit̄ ad p̄dicta. Homo em̄ ſentiēs
ſe ꝑ alleuiationē ↄſciētie. ꝛ atteſtationē ſpi-
ritusſcti remiſſiōis grām ↄſecutū.mira de-
uotione accingit ſe ad grās offerēdaſ. Sȝ
ecce aſſunt q̄ nos impediūt.vicȝ defect⁹ no
ſtri ꝛ reliquie pctōꝝ.inquietantes nos.vt
ad grās referēdas caput erigere nō valea-
mus. ꝛ tunc primū incipit apparere negocij
noſtri difficultas. Cum em̄ ex ꝓma grā cre
ſcit volūtas vt prompta ſit ad faciendū qḋ
nouit placitū eſſe deo. Et ipſi defectus ad-
huc crudi ex vulnerib̄ nouiter ſanatis im
pediūt nouā voluntatē. doloꝛ ſuꝑ doloreȝ
cauſat̄. ꝛ anxietas multa nimis.lugēs pluſ
defectus q̄ȝ prius ipa pctā. Vn̄ Bern̄. Be
nignus de⁹ nō ꝑmittit electū ſuū in princi-
pio plus letari q̄ȝ debet. Ne forte ex nimia
ſpe adepte grē ſequeret̄ elatio ꝛ mētis diſ-
ſolutio. Et ſic remanet aliq̄lis difficultas
vt pctā p̄terita plus innoteſcāt. In h̄ ergo
foro ſi ſaltem in his nūdinis fidelit̄ inten-
ti fuerim⁹.mercabimur lucrū bonū ꝛ vtile
qḋ nō mediocriter niteſcit in theſaur̄ ſpūa
libus.ſcȝ humilitatē q̄ p̄ ceteris ꝟtutibus
multū deo placet. ꝛ q̄ ſuꝑ omēs mūdi diui-
tias facit homīes ditiores. Et homīes ſic
gratos reddit deo ꝙ dic̄ ꝑ Iſaiā ꝓpheram.
Ad quē reſpiciā niſi ad humilē ꝛ quietum ꝛ
trementē ſermones meos ꝛc̄. C Mi-
tigatis ergo aliquātulū defectibus noſtr̄.
tertio diſcurram⁹ ad nundinas beneficio-
rū noſtroꝝ a deo receptoꝝ. ruminātes in
cordib̄ noſtris que ꝛ qualia ꝛ quāta bene-
ficia nobis dedit. ꝛ inueniem⁹ q̄ȝ indebita
miſeratio. q̄ȝ gratuita dignatio. q̄ȝ ſtupen-
da dulcedo ſit que inclinat deū vt miſerea
tur noſtri. Quis em̄ eſt iſte benefactoꝛ. re-
uera deus.cui⁹ magnitudinis nō eſt finis.
qui bonoꝝ noſtroꝝ nō indiget ſufficiēs ſi-
bi. ꝛ tamē coꝛ ſuuȝ dulciter poſuit ſuꝑ nos
miſeros ꝛ indignos.ac ſi ex gratia nr̄i de-
penderet om̄e bonum ſuū. Qualia auteȝ ꝛ
quanta beneficia nobis ↄtulit deus ſcien-
dum ꝙ contulit nobis optima que habuit

Omia em̄ sub pedibꝫ homini subiecit ⁊ ce/
lestia ⁊ terrestria. Optimū thesaurū suum
celū aperuit. ⁊ de celis ad terrā descendit.
⁊ seipm̄ homini ꝯtulit. Ex his ꝗ nundinis
mercabimur nobilissimā ⁊ ꝓciosissimam
margaritā. scꝫ caritatē. que superat ⁊ exce/
dit omne aurū ⁊ argentū. que est virtꝰ no/
bilissima. Et nihil hoiem plus inclinat ad
diligendū sicut beneficia creatoris. De ꝗ
Augustinꝰ. Ad dei dilectionē in nobis ex/
citandā nutriendā ⁊ augmentandā nihil
ita valet sicut beneficiorū eius diligens et
frequēs ꝯsideratio. ¶ D ¶ Quarto ergo
ingrediendū est regionē dissimilitudinis.
scꝫ mundū istū. ⁊ vide ꝙ̄ frequētes sunt ibi
nundine. quāte germinēt bonitates. vade
⁊ ꝑ forenses tumultꝰ. ⁊ hincinde decertan/
tes circūspice. Et quātū colligo in tribꝫ re
bus om̄is voluptas consistit. Alij em̄ diui
tijs. Alij carnis delicijs. Alij glorie innitū
tur. De diuitijs dicit Bernardꝰ. Curris ad
Indiā ⁊ ethiopiā. citius ꝑtrāsis maria na/
uigando q̄si totū orbem vt diuitias ꝯgre/
ges. fugis patriā. ignoras filios. diuelleris
ab vxore. omnē rectitudinē oblitus queris
vt acquiras. acꝗris vt ꝑdas. perdis vt do/
leas. Et hoc de diuitijs. Audi breuiter de
honoribꝫ. Dominū te ꝯstituerūt. ⁊ data est
tibi facultas vt miser sis ⁊ amplius nō q̄e/
scas. Nunꝗd in honore sine tribulatione ⁊
dolore. in sublimitate sine vanitate esse ꝗs
poterit. Si ergo ꝗꝛ̃ gloriā om̄ibꝫ inuidie
semina ꝓhuisti. Idem iudicium est de car/
nis delicijs. nam cū breuis sit voluptas. ⁊
ipa infectā fetidāq̃ ⁊ infelicē relinquit me/
moriā. Cotemne igit̃ hec omnia. Et sic de
his nūdinis lucraberis mūdi ꝯtemptū. ꝗ
plus tibi ꝯfert vtilitatis ꝙ̄ vniuersa mūdi
machina. ¶ E ¶ Quinto ꝑge ad nundi
nas infernales. quas iterū describit Ber.
sic dicēs. Est alia regio dura. locꝰ afflictio/
nis. terra obliuionis. terra miseriarū. ter/
ra turbinis ⁊ caliginis. terra maledictiōis
⁊ mortis. in q̄ nullus ordo sed sempiternꝰ
horror inhabitat. Ibi fetor intolerabilis.
ibi ꝑcutientes mallei resonāt incessanter.
Ibi ꝯfuse tenebre. tumultuantiū densita/
tes. Ibi ꝯfusio peccatorꝫ. horribiles facies
demonū. Ibi fletus ⁊ stridor dentiū. Ibi
penarū diuersitas. acerbitas ⁊ eternitas.
Per has tumultuātes nūdinas lucramur
odium peccati. dicētes in cordibꝫ nostris.
Melius est nobis carere ꝑsentibus volu
ptatibꝫ ꝙ̄ eternis subiacere cruciatibꝫ. ideo
ipas declinamus viuētes. ne moriendo in
profundū inferni descēdamus. ¶ F ¶
Sexto currendū est ad nūdinas regni ce/
lorū ad regionē gloriosā voluptuosam et
gaudiosā. Ibi vniti erimꝰ gloriosi nimis.
om̄es reges ⁊ regine. Ibi tot sunt gaudia
quot sunt angeli ⁊ sancti ibi ꝯgregati. Un/
de Bernardꝰ. Si haberes aliquē quē si/
cut teipm̄ amares. ⁊ de eiꝰ bono sicut de ꝓ/
prio gauderes. ⁊ tu cū ipo in summo sola/
cio esses. vtiq̃ gaudiū duplicatū haberes.
Si vero duos vel tres aut plures tibi pa/
res in amore possideres. ⁊ eos simili felici/
tate ꝯspicuos cerneres. nūquid pro illorū
numero tibi multiplicantur gaudia. vtiq̃.
Quomō ergo modus illius gaudij ab ali/
quo homīe penetrari potest. vbi vltra mil/
le milia ⁊ decies centena milia. imo īnume
rabiles sunt ⁊ om̄es eadē beatitudine per/
fruunt̃. nec aliquis eorū est ꝗ nō tm̄ de alte
rius bono gaudeat sicut de ꝓprio. Sic vni
cuiq̃ electorū de cuiuscūq̃ alterius coele/
sti gloria speciale ē gaudiū. quāta ergo ibi
poterit esse iocūditas. nō sufficit penetra/
re aut cape mens humana in hac valle mi/
seriarum. Ibi etiā est maxima voluptas
Unde Psalmista. Inebriabūtur ab vber/
tate domus tue. de torrente enim volupta
tis tue potabis eos. Iusto autē nomīe tor
rentis celestes delicie nūcupant̃. quia tor/
rentes ex multis riuulis ꝯfluentibus faci/
unt inundationē. Sic celestes delicie ex
deo ⁊ angelis ac sanctis hominibꝫ in nos
influunt. ita ꝙ penitus q̄si inebriamur de/
licijs ⁊c̃. Hec ergo si fideliter ꝑspecta fue/
rint lucrant̃ in nobis gloriosum lucrum ⁊
vtile. videlicet desideriū supnorū. quo ad/
epto nihil amplius libet intueri. Exemplo
Apostoli ꝗ dicit. Cupio dissolui ⁊ esse cum
christo. ¶ G ¶ Septimo currendū est
ad nundinas gloriosas om̄ibus meliores
quas deus possidet in seipo. De quo ⁊ si ni
hil dignū dici poterit. eo ꝙ lucē inhabitat
inaccessibilē. ⁊ eius sciētia exuperat omnē
sensum. Aliquid tamē de his que sub ipso
sunt balbuciendo loquamur. Unde Ber.
Anima spiritusancto afflata per figuras
quasdam deū videt que ab ipa diuina es/
sentia sunt. sed ad veritatē essentie in hac
vita nō pertingit. De his ergo que sub ipo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſunt tria ꝯtemplemur ⁊ ꝯtemplãdo rumi/
nemus. videlicet iudiciorũ profunditatez.
dulcedinis bonitatem. ⁊ maieſtatis ſubli/
mitatem. In quorũ ꝯtemplatiõe ſi tantuz
proficimus vt affectus noſter habeat ⁊ ſm
ea diuinis affletur ⁊ afficiat. tria lucra inde
reportabimꝰ omnibꝰ diuitijs mũdi meliora
ſcz pauorem. dulcorẽ et ſtuporez. ita vt ſin
gula d̄ ſingul̄ illis ſurgãt. Pauor de iudici
orũ profunditate. dulcor d̄ dulcedinis bo
nitate. ⁊ ſtupor de maieſtatis ſublimitate
ꝯtemplãdo reportat̄. In prima ꝯtemplati
one ſtetit ſctũs Dauid. q̄ dicit in Pſ̄. Iu/
dicia tua abiſſus multa. O quãto pauore
ſtetit Apl̄us. cũ tremẽs ⁊ pauẽs dixit Ro/
manoꝝ. xj. O altitudo diuitiarũ ſapiẽtie ⁊
ſcientie dei q̄ȝ incõprehenſibilia ſunt iudi
cia eius ⁊c̄. In ſecũda ſimiliter ſtetit Pſal.
quãdo dixit. O q̄ȝ magna multitudo dulce
dinis tue ⁊c̄. Et Sapie. xij. O q̄ȝ bonus et
ſuauis eſt dñe ſpiritꝰ tuus. De tertio dicit
Bernardꝰ. Precipua ⁊ maxima cõtẽplatio
eſt ãmiratio maieſtatis. Hec requirit cor
purgatũ ⁊ a vicijs liberũ atq̄ȝ virtutibꝰ or/
natum. vt ſe facile poſſit ad ſupna eleuare.
ac interdũ p aliquas morulas ſtupore ⁊ ex/
taſi in ſuſpenſum teneat admirantem. De
quo etiã Gregoriꝰ dicit. Tunc dei maxime
miramur maieſtatẽ cũ in cõtemplatiõe eiꝰ
obſtupeſcendo obmuteſcimꝰ. plus miſita
recupiẽtes q̄ȝ verbis exprimere valeamꝰ.
nõ inueniẽtes verba ydonea ad tam ſubli/
mia exprimenda. Agente hoc in nobis do
mino ieſu ⁊c̄.

De ſancto Benedicto.
Sermo XX.

Ecce elongaui fugiens ⁊ manſi in ſolitudĩe
Pſ̄. liiij. Hodie nobis omĩ/
bus vita beati pr̄is ſancti Benedicti ꝓpo/
nitur ad exemplũ. De eo enim dicit Bern̄.
Benedictꝰ ille pater p doctrinaz ſuam in/
ſtruit nos ⁊ dirigit greſſus noſtros in viaz
pacis. ⁊ p vitaz ſuam ſctãm roborat nos et
animat. vt magis accẽdamur ad agenda
que docuit. cũ certi ſimus eũ alia nõ docu/
iſſe q̄ȝ que ipſemet opere adimpleuit. Viuꝰ
ergo ſermo eiꝰ ⁊ efficax exemplũ. Cupiens
ergo vite ſue nos facere ſequaces dicit de
ſeipſo verba thematis. Ecce elongaui fugi
ens ⁊ manſi in ſolitudine. In quibꝰ duo tã

git. ſcz vite ſue demonſtrationẽ. ⁊ demõſtra
te vite pfectionẽ. Primũ ibi. Ecce. Scdm
ibi. elongaui fugiẽs ⁊ manſi. Scdm adhuc
in tria diuidit̄. Primo tangit ſuã ſeparati/
onem. ibi. fugiens. Scdo ſuã elongationẽ
ibi. elongaui. Tertio horũ duoruz vſq̄ȝ in
finem continuationem. ibi. manſi in ſoli/
tudine. In primo dicit ſe a ſeculo ſepara/
tum. In ſecũdo inde valde elongatuz. In
tertio hoc duplex bonũ vſq̄ȝ in finem cõti/
nuatũ. A Quo ad primũ ergo prin/
cipale dicit. Ecce. Per h̄ aduerbiũ demon
ſtrandi vitam ſuã nobis demõſtrat. ac ſi di
cat illud Iudicũ. vij. Qđ me videritꝭ face/
re omẽs facite. Vbi latius ſciẽduz p hoc
aduerbiũ ecce tria genera rerũ demõſtran
tur. ſcilicet. Magnalia. mirabilia ⁊ vtilia.
Magnalia ſicut pꝫ in Zacharia ꝓpheta.
Ecce rex tuus venit. Rex inquã iſte d̄ quo
Apocal̄. xix. dicit̄. Ipſe eſt rex regũ ⁊ domi/
nus dñantiũ. Mirabilia. vt patet Iſa. vij.
Ecce virgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiũ ⁊ vocabit̄
nomen eiꝰ emanuel. Quid iſto mirabilius
Vtilia vt pꝫ Apocal̄. xxj. Ecce noua facio
omĩa. Quid vtiliꝰ q̄ȝ q̄ a deo in ſtatũ glori/
oſum innouamur. Hec omĩa in gl̄ioſo pa
tre ſancto Benedicto p hoc aduerbiũ ecce
demonſtrant̄. Fuit em̄ magnus ĩ vite ſan
ctitate. mirabilis in miraculorũ multitudi
ne. vtilis in doctrine veritate. De primo di
cit Bernardꝰ. O abba. ⁊ abbas. ve mihi ſi
tam longe fuero a te Benedicte in futuro.
cũ a tue ſanctitatis veſtigijs longe reperi/
or eſſe in pſenti. Ecce neceſſe eſt eũ eſſe ma/
gnũ. quẽ tam magnꝰ. ſcz ſctũs Bernardus
aſſerit ſupra ſe multo eſſe maiorez. Reuera
magnus. q̄ per eũ tam veteris q̄ȝ noui te/
ſtamẽti miracula ſctõrum dominꝰ operatꝰ
eſt. Que em̄ dñs in ſingulis exhibuit in eo
pene omĩa renouauit. De quo Bernardꝰ.
Mira ſunt ⁊ multũ ſtupenda q̄ de miracu
lis beati patris colligo. Naz in aqua ex pe/
tra pducta. moyſen. In ferro quod ex pro
fundo aque redijt. Helizeum. In coruina
obedientia. Heliam. In luctu mortis ini/
mici. Dauid. In aque itinere. Petrum vi/
deo. ⁊ ſic multoꝝ ſanctorũ patrũ mirabilia
⁊ virtutes in ipſo ſpecialiter ppendo. Con/
grue ergo pater ille ſanctꝰ p hoc aduerbiũ
ecce demonſtrat̄. quia magnꝰ fuit in vita. ⁊
mirabilis in virtutibꝰ. nobiſq̄ȝ vtilis ex ſua
doctrina. interceſſiõe ⁊ moribꝰ. Bene ergo

ad noſtrã imitationez nobis demõſtratur p hoc aduerbiũ ecce ꝛc. ¶ Nũc ergo ipſius vitam pcurramus. Sequit᷑. Elongaui fugiens ꝛ mãſi in ſolitudine. In quib᷒ tria vt premiſimus tangunt᷑. p que venerabil᷑ pater exhaurit totã vitam ſuaz. ſcꝫ ſeparationem. elongationẽ. ꝛ ſolitudinis demõſtrationem. Primũ ibi. fugiens. Scḋm ibi. elongaui. Tertiũ ibi. manſi in ſolitudine.

¶ Dicat ergo vir dei. Ego prius ante oĩa me ſeparaui a domo p̃ris a fratrib᷒ ꝛ diuitijs ꝛc. Hanc ſeparationẽ narrat Gregorius taliter eſſe factã. Cum multos ire p abrupta viciorũ cerneret. eum quẽ quaſi ĩ ingreſſu mũdi poſuerat pedem retraxit. ne ſi quid de ſciẽtia mundi attingeret. ipe poſtmodũ in immane p̃cipiciũ tot᷒ iret. Subiungit Gregori᷒. Deſpectis itaqꝫ litterarũ ſtudijs. relicta domo ꝛ rebus. ſoli deo placere deſiderãs. ſancte cõuerſationis habitum queſiuit. Nõ tamẽ iſta relictione contentus. amplius cepit ſe localiter procul a domo patris elongare. De quo iterũ Gregori᷒. Benedict᷒ puer plus appetens mundi mala perpeti q̃ꝫ vite hui᷒ laudib᷒ honorari. plus laborib᷒ fatigari q̃ꝫ fauorib᷒ extolli. nutricẽ ſuam occulte fugiens deſerti loci ſeceſſum petijt. et in artiſſimo ſe ſpecu tradidit. ꝛ trib᷒ annis excepto romano monacho homĩb᷒ incognit᷒ manſit. ¶ B ¶

ſacramento in ſumendo ſanguinē in mul/
ta materia. reprehēdit dicens. alius autem
ebriꝰ eſt. tm̄ ſi fuiſſz h necessitatꝫ q̄libꝫ apl's
h in verbis docuiſſet ꝛ ſcriptꝫ reliq̄ſſz. Duo/
decimo h patꝫ ex praxi multoꝝ ſanctorū q̄
in infirmitate poſiti ſolū ſub vna ſpecie cō
municabant. p modū laycoꝝ. licet etiā fuiſ/
ſent ſacerdotes. ſicut patet de beato Jero
nimo. De quo ſcribit Euſebius in ep'la ad
Auguſtinū. Simili modo btūs Ambroſi
us legit cōmunicaſſe de manibꝫ beati Ho
norati vercellenſis ep̄i. Idem legit feciſſe
beatus Benedictus. Idem legitur feciſſe
btūs Agapitus papa. qui quendā claudū
ſub vna ſpecie cōmunicās fertur perfecte
curaſſe. Idem narrat wilhelmus in ſuo ſa
cramentali Hugonē de ſancto victore do
ctorē maximū in extremis feciſſe. Tredeci/
mo h idem probat p canonē Iſidori ex li/
bro conciliorum q̄ in ſexta ſynodo Conſtan/
tinopolitana dicit. Citra ſanguinē. i. excep
to ſanguine cerimonias ī eccleſijs celebra/
mus. q. d. laycalē cōmunionē q̄ eſt ex ſtatu/
to ꝛ p̄cepto eccl'e introducta q̄ſi quedā ceri
monie ſine ſanguine damus. Et ſeq̄t de cō
muniōe ſacerdotali. Ita quippe accedamꝰ
ad bn̄dictōes archanas ꝛ ſcrificamur pri/
cipes effecti tam ſancte carnis ꝙ p̄cioſi ſā/
guinis xp̄i. Hec ille. Hoc idē oſtendit con/
ciliū. xij. toletanū. q̄d narrat multos infir/
mos reieciſſe eukariſtiā q̄ datur ſine hau/
ſtu dn̄ici calicꝫ. cū al's multi infirmi nō poſ
ſent quicꝙ deglutire ppter ſiccitatem oris.
Ideꝙ pꝫ ex concilio Remenſi. de ꝯſe. diſt.
.ij. Peruenit. Ubi declarat ꝙ ſufficit dare
eukariſtiā infirmis ſine vino. Idem dicit
conciliū wormacieñ. q̄d p̄cipit hre paratam
hoſtiā ad cōmunicandū infirmū. nulla mē
tione facta de vino. vt de ꝯſe. di. ij. Preſby
ter. Et hec vocat ſepius laica cōmunicatō.
vt. l. di. Si ep̄s. Et. lv. diſt. Si euāgeliſta.
vbi dr ꝙ ep̄s vel pbr ppter crimē capitale p
ipm cōmiſſum depoſitꝰ laicalē cōmunionē
tm̄ accipiat ꝙdiu vixerit. Idē habet ex cō/
cilio Sardinenſi p duo decreta. Ubi ſitr
laycalē cōmunionem vocat ſub vna ſpecie
ſcꝫ corpꝰ xp̄i. ſm abbatē. Scd̄m Innocen
ciū. i. viaticū. Scd̄m Hoſtieñ. i. panis be/
nedictꝰ vel corpꝰ xp̄i. Idem Joh. andree ī
nouella. de electione. Ofiius. Idem patet d
ꝯſe. diſt. ij. In tribꝫ. Ubi p̄cepit clemēs pa/
pa pbris reliquias fragmētoꝝ corpis dn̄i/
ci cuſtodire. nulla mentione facta de vino.
De cuiꝰ tm̄ cuſtodia ſi fuiſſet in vſu. maior
cautela fieri debuiſſet. Unde dic Archid.
de ꝯſe. di. ij. Pbr. Non p̄cipit ſeruari ſan/
guinē. quia opus eſſet nimia cautela in co
ſeruandi. Et ſequit. Nec eſt opus. quiā vbi
eſt corpꝰ ibi eſt ſanguis. Item ſctā ſynodꝰ
Romana cui p̄ſedit Leo papa. de ꝯſe. diſt.
ij. In q̄bꝫ dicit. Idem eſt corpus de quo di
ctū eſt. Caro mea vere eſt cibꝫ ꝛ ſanguis meꝰ
vere eſt potus. Sequit ibidē. Corpꝰ xp̄i edi/
mus vt vite eterne poſſimꝰ eſſe participes.
Ecce q̄ñ illa copulata corpi ſoli attribuit
cōciliū. vt innuat ꝙ ſufficit ſumere ſub alte
ra ſpecie. Quis aūt niſi fatuꝰ audeat cōtrā
dicere tantis ꝯcilijs. quoꝝ eſt ſaluberrima
auctoritas. ꝛ q̄bꝫ eccl'e negocia terminant.
vt dicit Augꝰ. ad Januariū. et Gre. xv. di.
Canones. dicit. Sicut q̄tuor libros euā
gelij ſic q̄tuor concilia ſuſcipere ꝛ venerari
debemꝰ. Decimoq̄rto h idem pbat ex anti
quiſſima conſuetudine eccl'e. Sūt enim fere
ducenti ꝛ plures anni ex q̄ doctores catho
lici ſcribentes de h ſacramēto nihil faciūt
de pceptione vini in calice. ymo a tāto tēpe
ſemp aſtruunt ſcriptis ꝛ exemplis non eſſe
neceſſariā ſumptionē ſanguinis xp̄i in cali
ce. ipis laycis pſonis. Unde indubitanter
tenendū eſt ꝙ nūꝙ fuit in eccl'a de vniuer/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſali ꝯſuetudine eccl'e. Sed ſm variū exem
plum xp̄i in cena varia fuit ꝯſuetudo ī di/
uerſis eccleſijs. Cum ḡ generalis ꝯſuetu/
do iam a tot annis ſic obtinuit. nō licz eā ī/
mutare. eo ꝙ maximā vim hȝ legꝭ. vt dicit
Thomas. ſcđa ſcđe. q. iiij. ar. xij. Et iō dicit
Aug⁹. ad Caſſulanū. ꝙ ꝯtēptoꝛes ꝯſuetu
dinis eccl'ie vniuerſalis. ſic ꝯtēptoꝛes legꝭ
puniēdi ſunt. xij. diſt. De his. Turpis em̄
pars eſt q̄ toti nō ꝯgruit vniuerſo. viij. diſ.
Quo iure. Ex his infero ꝙ ſentiēs contra
ꝯſuetudinē eccl'e vniuerſalis in ſacramētꝭ
heretic⁹ eſt cēſendus. Patȝ ꝑ btm̄ Thomā
ſcđa ſcđa. q. xciij. vbi dicit. Sic em̄ falſari⁹
eſſet q̄ aliqua ꝓponeret ex pte alicui⁹. q̄ non
eſſent ſibi cōmiſſa. Ita viciū falſitatꝭ incur
rit q̄ ex pte eccl'e cultum exhibet diuinū cō
tra diuinā auctoꝛitatē ab eccl'a conſuetam
Quindecimo ħ ptȝ idem ꝑ ſctōs doctoꝛes
antiquiſſimos. Nam Ambꝛoſi⁹ in libꝛo de
ſacramētꝭ ꝛ in libꝛo de paradiſo dicit. Iſta
eſca quā accepiſtꝭ. iſte panis viu⁹ q̄ de celo
deſcēdit vite eterne ſubaȝ adminiſtrat. Et q̄
cūqꝫ hūc panē mādūcauerit viuet ī eternū
Quia coꝛp⁹ xp̄i eſt. de ꝯſe. diſt. ij. Reuera. ꝛ
ca. Omnia. ꝛ ca. In illo. ꝛ ca. Non iſte. et ca.
Ante bn̄dictionē. In q̄bꝫ oīmbꝫ habeť ꝙ
ſumptio eukariſtie ſine ſanguīe ſufficit ꝑ ſe
ad ſalutē ſub ſpecie panis. Itē Aug⁹. ī epi
ſtola ad Dyrcanū. Xp̄s panis eſt de q̄ qui
māducat viuet in eternū. de ꝯſe. di. ij. Xp̄s.
Idem in ſermone de ꝟbis dn̄i habeť. ꝛ ha/
betur in gloſa. j. Coꝛ. xj. Et ſup p̄s. xxxiij.
Ubi ſemꝑ ſolū facit mentionē de pane. et
nihil de potu. Idem Hylari⁹ in multꝭ locꝭ
de trinitate. de ꝯſe. di. ij. Si nō ſunt. Et ca.
In xp̄o pater. Item Ieronim⁹ exponēs il/
la ꝟba. Niſi manducaueritis carnē filij ho
minis ꝛ biberitꝭ eius ſanguinē. dicit. intel/
ligendū eſt de manducatōe ſpūali. que ē in
coꝛpoꝛatio fidelis aīe ꝑ grām. ꝑ quā incoꝛ/
poꝛať tanq̄ mēbꝝ coꝛpi xp̄i myſtico. Itē
magn⁹ Innocenci⁹ de officio miſſe dicit. ꝙ
vbi nō poſſet inueniri vinū p̄t licite alterū
ſine altero ꝯſecrari. ḡ nō eſt neceſſitatꝭ ab/
ſolute. Itē doctoꝛ Alexāder de halis ī q̄r/
ta pte ſūme ſue dicit. ꝙ xp̄s ſumiť integre
ſub vtraqꝫ ſpecie. ḡ licȝ ſumere ſub altā ſpe
cie tm̄. ſic fit a laycꝭ vbiqꝫ. Nēs aūt canōes
in ꝯtrariū allegati ꝑ hereticos. intelligūť
de ꝯficiēte pbr̄o. q̄ ſub vtraqꝫ ſpecie dȝ ſu/
mere. Et idem dicit ſup Iohannē

Si q̄s aūt querit quare ita eccl'a ꝯſue/
uit diſpenſare laycꝭ ſub vna ſpecie. Rn̄deo
ꝙ ħ fit ꝓpter plura. Primo ꝓpter ꝑiculū infi
delitatis. q̄d ſe poſſet mētibꝫ fideliū ingere
re ſi ſemꝑ in ſpeciebꝫ panis ꝛ vini daretur.
Poſſent em̄ ſimplices credere ꝛ intelligere
ꝙ ſub altera ſpecie nō eſſet tot⁹ xp̄s ſed tm̄
ſub vtraqꝫ. Itē ꝓpter ꝑiculū effuſionis. q̄d
de facili cōmitti poſſet in multitudine ꝓpl'i
Item ꝓpter ꝑiculū coꝛruptōis. q̄d facile in
eſtate ꝯtingeret in regionibꝫ calidis. Item
ꝓpter periculū q̄d poſſet ꝯtingere in poꝛtā
do ad infirmū. Idē tenet Albert⁹ magn⁹
in tractatu de officio miſſe. q̄ etiā ponit ꝙ
in regionibꝫ carētibꝫ vino poſſet diſpēſari
etiā cū ſacerdotibꝫ vt ſine vino ꝯficerēt ſo/
lū in pane ħ ſacramentum. Idē btūs Tho
mas in. iij. pte ſumme ſue. q. lxxx. ar. xij. dic.
ꝙ duo ꝯſideranť circa vſum h⁹ ſacramēti
Unū ex pte ipſi⁹ ſacramēti. aliud ex parte ſu
mentiū. Ex pte ſacramēti ꝯuenit ꝙ vtrūqꝫ
ſumať. qꝛ de vtroqꝫ ꝯſiſtit ꝑfectio ſacramē
ti. Et ideo qꝛ ad ſacerdotem ptinet ħ ſacra
mentū ꝯſecrare ꝛ ꝑficere. nullo mō dȝ coꝛ/
pus xp̄i ſumere ſine ſanguīe. Ex pte autē
ſumentiū requiriť ſumma reuerētia ꝛ cau/
tela. ne aliq̄d accidat q̄d ꝟgat in iniuriam
tanti ſacramenti. q̄d p̄cipue poſſet accidere
in ſumptōe ſanguis. q̄ quidē ſi incaute ſu/
mereť de facili poſſet effundi. Et qꝛ creſcē/
te multitudine ꝓpl'i xp̄iani. in qua ſūt ſenes
ꝛ iuuenes ꝛ ꝑuuli. quoꝝ q̄dā nō ſunt tante
diſcretōis vt cautelā debitā circa h⁹ ſacra/
mēti vſum adhiberēt. Ideo ꝓuide oꝛdina
tū eſt vt populis ſanguis ſumēdus nō deť
ſȝ ſolū a ſacerdotibꝫ ſumať. Hec ille. Idē
dicit ſup Iohannē in poſtilla. Et ibidem
Nicola⁹ de lyra ſil'r. Si ḡ querat heretic⁹
quare ſacerdotibꝫ ſic licet ꝛ nō laycꝭ. Reſpō
deť ꝙ ħ eſt ꝓpter ꝑfectōem ſacramenti quā
ſoli ſacerdotes ꝛ nō layci debēt ꝑagere. vt
dicit Thomas ſuper. iiij. ſniaꝝ. diſtinc. xij.
Scđo ħ fit ꝓpter ꝑiculū effuſionis. Quia
facilius vna gutta ſāguinis labereť q̄ꝫ vna
particula coꝛpis xp̄i. ſm ipm̄. Idem ponit
Bonauentura diſt. xj. q̄rti ſniaꝝ. dicens.
ꝙ q̄ntum ad efficaciā hui⁹ ſacramēti ſuffi
cit ſub altera ſpecie. ſed q̄ntum ad ſignifi/
cantiā non ſufficit. Et iđo ſolus ſacerdos
qui ſignificat paſſionē xp̄i in hoc ſacramen
to ſolus ſub vtraqꝫ ſpecie ſumit. Populus
aūt qui efficaciā ꝛ vtilitatē grē querit ſub



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

altera tm̄ recipit.cum ſub altera tota gra/
tia xp̄i cōtinet᷑. Hec ſententialiter ibidem.
Idem Petr⁹ de Tharenthaſia.diſt.xj.q̄rti
ſniaꝝ. Richardus de media villa. Petrus
de palude patriarcha Hierolimitan⁹. Si
militer Scot⁹ ſubtilis doctoꝛ. Thomas
de Argentina.ꝙ q̄ntum ad rem ſignificatā
ſub altera ſpecie datur vtrū𝑞ꝫ.licet nō quo
ad ſpeciē ſignificatā. Dicit etiā ibidē ꝙ ſa/
cerdos cōficiens ſub vtra𝑞ꝫ ſpecie.ideo fa/
cit.vt ſignificet ꝙ tpe paſſionis xp̄i fuit ſan
guis ſeparatus a coꝛpoꝛe ꝑ effuſionez. Et
idem Hugo poſtillatoꝛ totius biblie. Si/
militer quidā doctoꝛ Anglicus q̇ d̾ꝛ fiſca/
re ſuꝑ q̄rto ſniaꝝ.diſt.xj.dicit. addēs vltra
ꝑdicta hanc rōem.ꝙ ſicut in veteri teſtamē
to d̾ ſacrificijs ⁊ oblationib⁹ ſumebāt oēs
offerentes . ſed de libaminib⁹ q̄ ꝯſiſtebant
in materia liquida ſoli ſacerdotes. Ita cir/
ca h̾ ſacramentum ꝓplus debet ſumere tm̄
ſpeciē panis ſolidā.ſacerdotes aūt ſpeciez
vini liquidā. Ex his poteſt patere ꝙ verbū
noſtri thematꝭ de carne ⁊ ſanguīe xp̄i.intel
ligendū eſt de ſp̄ūali mādu catōe ⁊ bibitōe
que eſt incoꝛꝑatio coꝛꝑis xp̄i ꝑ grām ⁊ cha
ritatē. Et h̾ oſtendit iſtud verbū quod ſeq̇/
tur. In me manet ⁊ ego in eo.vt dicit Au/
guſtin⁹ ſuꝑ Johannē. Omelia.xxiij.vbi ipſe
dicit.ꝙ ſi h̾ intelligeret᷑ de manducatiōe ſa/
cramentali tunc falſum eſt.quia m̾lti man
ducant ſacramenta ⁊ tamen nō manent in
deo.nec deus in eis. Igitur ſm̄ ipm̄ intel/
ligitur de ſp̄ūali.put etiā dicit Thomas ī
poſtilla. Chriſtus ergo h̾ intelligit cibum
⁊ potum ſocietatē ſanctoꝝ.coꝛꝑis et mem/
broꝝ ſuoꝝ .q̇d eſt ſancta eccl'ia in p̄deſti/
natis et vocatis ⁊ ſanctis ⁊ gloꝛificatꝭ ⁊ iu/
ſtificatis ⁊ fidelib⁹ eius. Et quia ꝑ alteram
ſpeciem ſufficienter incoꝛꝑatur homo coꝛ
poꝛi xp̄i myſtico. Ideo ſufficit ſumptio al/
terius ſpeciei. Et tantum de ſecundo.

## Dixi tertio

Qꝙ in verbis pre/
miſſis tāgitur hu
ius ſacramenti vtilitatis fructus et effect⁹
ſalutaris conſecutio.cum d̾ꝛ In me manet
et ego in eo. In quo denotatur vtilitas h⁹
ſacramenti vltra alia omnia ſacramenta.
Pro quo ſciendū ꝙ ſm̄ Thomā ſuper il/
lud Johannis.vj. Ego ſum panis viuus
Hoc ſacramentū eſt dominice paſſionis
rememoꝛatiuū. Et continet in ſe chꝛiſtum
paſſum. Unde quicquid eſt effect⁹ domini
ce paſſionis ad nos.totū etiā eſt effect⁹ hu/
ius ſacramenti. Nichil em̄ aliud eſt hoc ſa
cramentū q̄ꝫ applicatio paſſionis ad nos.
Non enim decebat chꝛiſtū ſm̄ ſuaꝫ p̄ſen
tiam ſemper nobiſcū eſſe.et ideo hāc volu/
it ſupplere per hoc ſacramentū . Unde ma/
nifeſtum eſt ꝙ deſtructio moꝛtis quā xp̄us
moꝛte ſua deſtruxit.et reparatio vite quaꝫ
chꝛiſt⁹ reparauit reſurgendo eſt effect⁹ hu/
ius ſacramenti . Et quia vita quā confert
nō eſt ſolum vita vnius hominis.ſed quā/
tum in ſe eſt vita totius mundi. ad quā ſuf
ficiens eſt moꝛs chꝛiſti.j. Johānis.ij. Ipſe
eſt ꝓpiciatio pꝛo peccatis noſtris.et non ſo/
lum noſtris ſed etiā totius mūdi. Et ſequi
tur. Alia ſacramenta habent ſingulares ef
fectus ſicut in baptiſmo ſolus baptiſatus
ſuſcipit gratiā. Sed in ymolatione huius
ſacramenti eſt vniuerſalis effectus.qꝛ non
ſolum ſacerdos conſequit᷑ effectum.ſꝫ etiā
illi pꝛo quib⁹ oꝛat.et eccleſia tota tam viuo
rum q̄ꝫ moꝛtuoꝛū. Cuius ratio eſt.quia in
ipſo continet᷑ cauſa omniū ſacramentoꝛū .
ſcilꝫ Chꝛiſtus. Hec Thomas. Ille autem
eſt pꝛincipalis effectus huius ſacramenti.
quia incoꝛpoꝛat hominē chꝛiſto. Unde di
citur in verbis noſtri thematis In me ma
net et ego in eo. Et per cōſequens qui con/
iungitur mihi.habet vitā eternaꝫ. Manet
autē in nobis chꝛiſtus dupliciter.ſcilicꝫ in
intellectu per fidem.in affectu per charita
tem.que informat fidem .j. Johannis.iiij.
Qui manet in me in deo manet et deus in
eo . Qui ergo ſic credit chꝛiſtum vt in eum
tendat.habet chꝛiſtum in affectu et intelle/
ctu.ergo qui ſic credit per fidem informa/
tam charitate in chꝛiſtum vt tendat in ip/
ſum per charitatē .ſpiritualiter manducat
chꝛiſtū.et talis habet chꝛiſtū in ſe manentē
Et quia chꝛiſtus diligētes ſe transfoꝛmat
in ſe.eo ꝙ ſm̄ Dyoniſiuꝫ. Amoꝛ eſt vis vni
tiua transfoꝛmans amantē in amatū. Idō
quicun𝑞ꝫ ſic diligit chꝛiſtū manducādo eū
ſp̄ūaliter manet in chꝛiſto. Unde Auguſti
nus exponēs illud Johānis.xv. Qui ma/
net in me.hic fert fructum multum. dicit.
Manemus in chꝛiſto credendo obedien
do perſeuerando . Manet in nobis chꝛi/
ſtus illuminando .ſubueniendo .perſeue/
rantiam dando. Maxime autem hec man
ſio fit per perceptionē ſacramentoꝛū.et pꝛe

cipue huiꝰ ſacramēti eucariſtie. vt hic di/
citur. Utilitas autē ex hac manſione reci/
proca chriſti in nobis. et noſtra in chriſto.
eſt multiplex. Prima purgatio omniū pec
catorū. Unde Johannis. xv. Omnem pal
mitem ferentē fructū purgabit vt fructum
plus afferat. Secūda diuina aſſociatio.
Unde Johānis. xv. Qui manet in me et
ego in illo. Magna vtilitas ex ſociatione
diuina. Quid enī deeſſe poterit illi qui ſe/
cum habet deū. Uenerunt enī omnia bo/
na cum illa. Sapientie. vij. Unde Eccle/
ſiaſtes. iiij. Ue ſoli ſcilicet ſine deo. Hinc
Seneca. Nullus vir ſine deo bonus po/
teſt eſſe. Tertia eſt fructificatio bonoꝝ ope
rum. Unde Johannis. xv. Qui manet in
me. hic fert fructum multū. ſcilicet cordis
per ſanctas cogitationes et meditatōnes.
oris per confeſſionem et gratiarumactio/
nes. operis per penitentie ſatiſfactionem.
Quarta impetratio petitorum. Unde Jo
hannis. xv. Si manſeritis in me et verba
mea in vobis manſerint. quodcūqꝫ volue/
ritis petetis et fiat vobis. Maneamus er
go in chriſto per huius ſacramenti gratiā
vt ſecum tandem manere poſſimus in celo
per gloriam. Ad quam nos perducat pa/
ter et filius et ſpūſſanctus. Amen.

## De ſancto Johanne baptiſta Sermo. XXIX

Quis putas puer
iſte erit. Luce pmo. Quoniam vt
ait Gregoriꝰ in libro quarto dya/
logorū. licet in regno celorum vna ſit bea/
titudo electoruꝫ quam illic percipiunt. di/
ſpar tamen eſt retributionis qualitas. quo
niam premia diuerſa conſequunt. Nec im
merito. Dicit enī Origenes in libro Mo
raliuꝫ. Et ſicut in hac vita eſt diſcretio ope
ruꝫ. in alia quoqꝫ vita erit proculdubio di/
ſcretio dignitatum. vt quo hic alius alium
ſuperat in labore. illic alius aliū tranſcen/
dit in retributiōe. Hec ille. Cum itaqꝫ bea
tus Johannes baptiſta omnes mortales
natos ex muliere merito tranſcenderit. iux
ta illud. Inter natos mulierum nō ſurre/
xit maior Johanne baptiſta. Merito in p/
mio omnes preire et excedere debuit. Ipſe
enī fuit famoſiſſimus preco chriſti miſſus
ad nunciandū eius aduentū. Johānis pri
mo. Fuit homo miſſus a deo cui nomē. ⁊c.
Ipſe enī fuit chriſti precurſor ad iter pre/
parandum. Malachie. iij. Ecce ego mitto
angelum meū ante facieꝫ tuam. Quod ad
litteram intelligitur de Johanne. vt patet
Luce. vij. Ipſe predicator ad conuertēdū.
Ipſe nuncius ad hoſpitiū preparandum
Luce pmo. Ipſe preibit ante illum. Ipſe
vox veritatis. Iſaie. xl. Ego vox clamātis
in deſerto. Ipſe propheta futura et ſecre/
ta reuelando. Etiam dico vobis plus ꝙ̄
propheta. Ipſe lucerna ardens in diuina
dilectione. Ipſe lucens in cōuerſatiōe. Jo
hannis qnto. Ipſe erat lucerna lucens et
ardens. Si igitur talis et tanta gr̄a Jo/
hannis. qualis erit gl̄a. Si tale eſt meritū
quale pmiū. Si vera ē Pauli ſciētia q̄ i celo
vidit vnicuiqꝫ merito coronā congruā eſſe
dandā. put ipſe ait. Unuſqſqꝫ ꝓpriā merce/
dem recipiet ſm ſuū laborē. Et ſi vera eſt
ſicut eſt immobilis xp̄i remuneratoriſ om/
niū veritas qua dicit. in domo patris ſui
manſiones multas eſſe. Non vtiqꝫ propter
aliud ꝙ̄ ꝓpter diuerſitateꝫ meritoꝝ. Certe
Johānis corona ceteroꝝ coronis electoꝝ
maior eſt. Quo maior inter natos mulieꝝ
nō ſurrexit. ⁊ cui veritas que coronas di/
ſtribuit tm̄ teſtimoniū ꝑhibuit. merito er/
go admirātes natōes de eo dixerūt. Quis
putas puer iſte erit. In q̄bꝰ v̄bis triplicem
beati Johānis excellētiā ꝯſidero meritoꝝ.
ſm triplicē interrogatōeꝫ. q̄ de eius ſancti
tate moueri p̄t. vt ſic querenti de eo Quis
putas puer iſte erit. Reſpondeamꝰ ꝙ Jo/
hannes. ſ. eſt magnus in ingreſſu vite natē
maior in pceſſu vite gr̄e. maximꝰ i vita gl̄e.
ſm hoc triplex eſt teſtimoniū trium teſtiuꝫ
ad hanc interrogationē reſpondentiū. ſcꝫ
humanū. angelicū. et diuinum. quoꝝ teſti/
moniū eſt verū. Quia quod viderūt teſtan
tur. Joh. iij.

A

Dixi primo ꝙ in verbis pre/
miſſis ōnotatur
excellentia beati Johannis in ingreſſu vi/
te nature. Nam ipſius conceptio fuit ſctā.
natiuitas leta. impoſitio nois miraculoſa.
Si ergo queris q̄s fuerit vir iſte Johan/
nes in conceptōe. Rn̄det tibi angelus Lu
ce. i. Et in ꝯceptōe ab omī labe eſt purgatꝰ.
Quia ex vtero matriſ ſue ſpū ſctō repletꝰ Ec
ce ꝯceptiōis ſctitas. Cuiꝰ ſctitas apparuit.

Primo ex gaudio in vtero matris q̄ cepit
gaudere ad pſentiā ſaluatoris. Nā ſm̄ Au
gu. fuit in eo accelerat⁹ vſus rōnis. Unde
ſm̄ Lyrā Luce. j. quidā doctor grec⁹ dicit
Recluſus ventre miles agnouit dn̄m ac re
gem orituꝝ. ventris regimine nō obſtāte my
ſtica viſione inſpexit. nō palpebris. ſed ſpū
Scd̄o teſtimoniū ſue ſanctitatis apparuit
qꝛ in eodē vtero cepit ꝓphetare. Propheta
uit em̄ ꝑ os matris. Unde dicit Cryſoſto.
In eo ꝙ Elizabeth cognouit xp̄m ꝯceptū
in vtero ꝟginis. vt dꝛ Luce. j. eodem etiaꝫ
ſpūſancto Elizabeth nomē ei⁹ ſciuit. quod
a marito muto ſcire nō potuit. vt ibidē dꝛ.
Tertiū teſtimoniū ſue ſctitatꝭ in ꝯceptiōe
apparuit in h̄ ꝙ ꝯtra naturā ex ſenibꝫ ꝑenti
bus ⁊ ſterili matre ꝯcept⁹ ē. Un̄ q̄d natura
nō potuit grā ſctitatꝭ effecit. Ex q̄ patꝫ ſm̄
Lyrā ꝙ eius ꝯceptio fuit aliq̄ mō miracl'o
ſa. Quia nō fuit ꝑ naturā tm̄. ſꝫ etiā ꝑ natu
rā ſtatim grā diuia adiutā. qꝛ ambobꝫ pa
rentibꝫ obſtabat ſenect⁹. ſꝫ matri cū h̄ ſteri
litas. Scd̄o eius natiuitas fuit leta. Le
ticiā aūt eius p̄dixit angel⁹ Luce. j. dicens
Erit tibi gaudiū. ſ. in mēte interi⁹. ⁊ exteri
us exultatio. Dicit̄ em̄ exultatio q̄ſi extra
ſaltatio. Et h̄ eſt ꝓprie tūc qn̄ gaudiū eſt tm̄
interius q̄d nō poteſt bene ꝯtineri qn ap
pareat exterius. Erat aūt gaudium tripli
ci ꝑſone. Primo pr̄i. qꝛ ipo nato apertū eſt
os Zacharie ⁊ ꝓphetauit dicēs. Benedict⁹
dn̄s deus iſrael. Unde ſic in ꝯceptiōe ma
trē fecit ꝓphetare. ſic in natiuitate fecit prē
ꝓphetare. Scd̄o erat matri Elizabeth. q̄a
ꝑ hāc natiuitatē liberata fuit ab opprobrio
et maledictōe ſterilitatꝭ Sic ipſa de ſe ait.
Quia ſic fecit mihi dn̄s in diebꝫ q̄bꝫ reſpe
xit auferre opprobriū meū inter homines
Luc. j. Tertio gaudiū erat om̄ibꝫ cognatꝭ
eius. q̄ audientes qm̄ magnificauit domi
nus miſcd̄iaꝫ ſuā in Elizabeth. Magnaꝫ
em̄ miſcd̄iaꝫ ei fecit auferendo ſterilitatis
opprobriū. ⁊ dando ei tantū ac talem filiū.
ſic nūciatū mirabilit̄. ⁊ ꝯceptū ſupnaturalit̄.
⁊ ꝯgratulabant̄ ei. Nec ſolū cognati ſꝫ etiā
multi extranei gaudebāt de natiuitate ei⁹.
vt dꝛ Lu. j. Multi in natiuitate ei⁹ gaude
būt. Qd̄ ad lrām etiā hodie videm⁹ cōple
tū. Quia dies ſue feſtiuitatꝭ nō ſolū feſtiua
tur a xp̄ianis ſed etiā a ſarracenis. vt dicit
Lyra. Un̄ in honorē ei⁹ ſemꝑ tenēt lāpadē
vt dicit q̄dam doctor. Tertio impoſitio
nomis ei⁹ fuit miraculoſa. qꝛ cū cognati cir
cūcidētes pueꝝ vellēt ei imponere nomen
pr̄is. ſcꝫ Zacharias. mater ſpūſācto docta
a nullo hoim informata contradixit. dicēs.
Nequaq̄ꝫ. ſed vocabit̄ Iohānes. q̄d tandē
pater ſcriptura approbauit. Et ſic pr̄ et mr̄
ꝯcordauerūt in impoſitione nois ꝯtra cō
ſuetudinē ſolitā. qua ſolebant parētes ipo
nere nomen patris in circūciſione. Iohan
nes interpretat̄ grā. Et merito ſibi tale no
men imponit̄. qꝛ ipe xp̄m manifeſtauit. per
quē veritas et grā facta eſt. vt dꝛ Iohan. j.
Magna ḡ toti mūdo ex Iohanne ꝓfluxit
grā. qm̄ ꝑm⁹ viam grē p̄dicauit. ⁊ tandē au
ctorem grē demonſtrauit. Et ſi querꝭ. quā
gram p̄dicauit. Audi illud eius preconiuꝫ
gratie. Quod habet̄ Matth. iij. Peniten
tiam agite appropinquabit vobis regnum
celorū. id eſt. gratia qua itur ad regnum ce
lorum.

**Dixi ſecundo** ꝙ in verbis premiſſis no
tatur ꝙ beatus Iohannes fuit maior in
proceſſu ſcꝫ ⁊ in vita gratie. Nam vita eius
ab infantia ſua vſq; ad mortem eius mul
tum erat dura et excellens quodammodo
ſup humanā facultatē. Statū aūt ſue ſan
ctitatꝭ in ꝓgreſſu vite grē triplex fidele ap
probat teſtimoniū. Un̄ ad queſtionē q̄ q̄ri
tur quis eſt Iohānes in vita grē. Primo
rn̄det pater Zacharias ſpū ꝓphetico. Et tu
puer ꝓpha altiſſimi vocaberꝭ. Propheta āt
nō quilibet ſꝫ ꝓphaꝝ vltim⁹. Et ſic ꝓpheris
dignior ⁊ nobilior ē. qꝛ finis dignior et no
bilior eſt ordinatꝭ in finē. Un̄ dꝛ d̄ eo. Lex
⁊ ꝓphete vſq; ad Iohannē. Luce. xvj. Non
qꝛ lex ⁊ ꝓphetie tūc ceſſauerint. ſꝫ quia tunc
ꝑfectio euangelica p̄dicari incepit. que idu
cit ad ꝯtemptū temporaliū ꝓpter amorem
ſpūalium et celeſtiū tanq̄ꝫ propter manife
ſtum bonū expedientius conſequendū Et
quia hoc eſt difficile ⁊ quaſi contra naturā
vt q̄s ꝯtemnat tempalia. ideo chriſt⁹ dicit.
Q tales bonoꝝ temporaliū ꝓpt̄ bona eter
na ꝯtēptores ſunt violēter rapiētes celum
Quia quaſi quandā violentiā eis cōtra na
turā inferunt. vt dicit Lyra. Fuit aūt bea
tus Iohannes eximi⁹ ꝓphetaꝝ. qꝛ q̄ p̄dixit
verbo monſtrauit digito. Scd̄o pater ei⁹
dicit eum p̄curſorem. cum addit. Preibis
em̄ ante faciem domini parare vias eius.
Quod etiam angelus nunciauit dicens.

# ❡ De ſancto Johanne baptiſta

Ipſe pibit ante illuz in ꝟtute ꝛ ſpū Helye.
parare dño plebē pfectā. vbi deſcribit eum
ſilez Helye. Primo ꝓpt̄ ſimilitudinez vite.
q2 vterqꝫ vixit in auſteritate vict⁹ et veſtit⁹.
Auſteritatꝫ victus fuit marie. eo ꝙ vt dicit̄
Math. iij. Eſca eius erat locuſta. Que ſm̄
Lyrā ꝛ Gorrā ſunt aīalia pua volantia ꝑ
modū ſalt⁹ ꝛ reperiunt̄ in deſerto iudee. et
frita cum oleo ſunt cibi paupez. ꝛ mel ſilue
ſtre. Hoc mel reperiebat̄ in truncis arboꝝ
Ibidē dicit tn̄ ꝛ Gorra ꝛ Lyra. ꝙ ibi fuerīt
arbores habētes lata folia ꝛ rotūda lactei
coloris. ꝛ mellei ſaporis q̄ nata fragilia ma
nibus ꝯterunt̄ ꝛ edunt̄. ꝛ habēt ſaporē q̄ſi
mellis. talib⁹ veſcebat̄ ſctūs Johannes Et
iſta fuit eius auſteritas q̄ntū ad cibū. Au/
ſteritas potus patet Luce. j. vbi dr̄. Vinū
et ſicerā nō bibet. i. queqꝫ potū inebriatiuū
ſm̄ Lyram. Erat autez nazare⁹. i. ꝯſecrat⁹
dño ꝑ totā vitam ſuā. ideo ab om̄i inebria
tione abſtinuit. Sicut nazarei in veteri le/
ge tpe ſeparatōis. vt habet̄ Nūeri. vj. capitl̄o.
Dicit em̄ Huguitio. ꝙ nazare⁹ idem ē q̄d
ſanct⁹ vel mūdus. Nazare⁹ em̄ dicebat̄ qui
ſanctā comā nutriebat ꝛ nihil ꝯtaminatū
recipiebat. abſtinens ſe a vino ꝛ ſicera. que
mentez ab integra ſanitate ꝑuertit. Unde
ſicera eſt om̄is potatio q̄ extra vinū inebri/
at. cuius nomē licet hebreū ſit. tn̄ latinū ſo
nat. pro eo ꝙ ſucco frumēti vel pomoꝝ ꝯfi
citur. aut palmaꝝ ſuccus in liquorē extorq̄
tur. Hec ille. Et ſic ceruiſia nr̄a media pōt
dici ſicera. Auſteritas veſtit⁹ eius patet. q2
habuit veſtē de pilis cameloꝝ factā. vt dici
tur Math. iij. Et zonā pellicēā circa lum/
bos de pelle cruda ꝛ piloſa. Vn̄ recte com
ꝑabat̄ Helye. De q̄. iiij. Reg. j. Vir piloſus
et zona pellicea accinct⁹ renib⁹. et ꝑ talē au/
ſteritatē vite parabat Johānes viam dño
in cordib⁹ fideliū. Nā vt dr̄ Math. iij. Tūc
id eſt. viſa tali vita in ſanctitate exibat tota
hieroſolima. i. ꝑlus de irl'm. ꝛ om̄is iudea
id eſt. multi. ꝛ baptiſabant̄ in iordane. cōfi/
tentes peccata ſua. Ubi dicit Lyra. ꝙ iſte
baptiſm⁹ Johānis ad h̄ erat ordinat⁹ quaſi
ſi quedam p̄paratio ꝛ pfiguratio baptiſmi
ipi⁹ xpi de ꝓximo vēturi. Tertio patet ei⁹
dicit eū doctorē ſalutis. Unde addit. Ad
dādā ſciaz ſalutꝫ plebi ei⁹. i. miſſus es ad p̄
dicandū ſalutē fiendā ꝑ xp̄m. ꝑ quā ſciam
parabat etiā dño plebē pfectam. ſcꝫ ꝑ euā/
gelij ſuſceptionē. Unde de eo poteſt dici il

lud q̄d dixit dñs ꝑ ꝓpham. Filie ſyon exul
tate ꝛ letamini in dño deo vr̄o. quia dedit
vobis doctorē iuſticie Johel. ij. Scd̄m
teſtimoniū de ſanctitate vite gratie ſue eſt
iudaici populi. Et hoc tripl'r. Primo per
h̄ ꝙ ꝓpter eius ſanctitatē vite ꝛ fame celebri
tatē iudei ipm̄ xp̄m credebāt. Vn̄ miſerūt
ad eū ab hieroſolimis vt interrogarent eū
Tu q̄s es Joh. j. vt habet̄. Quā credulita/
tem ver⁹ amator veritatis hūiliter refellit.
Non ſum inq̄t ego xp̄s. Non ſum ꝓpheta.
ſcꝫ ille quē putatis. Scd̄o h̄ idē pꝫ ꝑ h̄. q2
ſine miraculis eſt accept⁹. Cum em̄ videre
tur quaſi nouū cultū ꝛ ſtatū p̄dicare et in/
ducere. ꝛ nullū miraculū ad h̄ pbandū in/
duceret. neceſſe fuit vt eius vita tāte ſancti/
tatꝫ eſſet et inſuſpicabil' vt null⁹ inde dubi
tare poſſꝫ. Tertio q2 licet xp̄s fuerit marie
ſctitatꝫ ꝛ vite ꝑfectiſſime ꝛ auſteriſſime. iudei
tn̄ ꝯpata vite auſteritate vtriuſqꝫ. p̄ferebāt
Johannē xp̄o. Vn̄ ꝛ dixert̄. Quare nos et
diſcipuli Johis ieiunam⁹. tui aūt diſcipuli
nō. Nec ſolū in vita ſed etiā poſt mortē ip̄i⁹
ꝓpter cōparatōem ſanctitatꝫ vite xp̄m aſſimi/
labāt iohāni. Vn̄ ꝛ herodes dicebat. Quē
ego decollaui Johannē ip̄e ſurrexit a mor
tuis. ꝛ virtutes opant̄ in eo. Per h̄ xp̄s cre
debat̄ Johes eo ꝙ ſctūs Johes fuit mire
ſanctitatꝫ. Tertiū teſtimoniū d̄ ſctitate vite
ſue gr̄e eſt euāgeliſtaꝝ ꝓphaꝝ ꝛ ſaluatoris.
Teſtimoniū euāgeliſtaꝝ ē fideliſſimū. Te/
ſtimoniū ꝓphaꝝ ē firmiſſimū. Teſtimoniū
ſaluatoris ē excellētiſſimū. De p̄mo ſcꝫ d̄ te
ſtimonio euāgeliſtaꝝ ē ſciēdū ꝙ oēs q̄tuor
euāgeliſte ꝯfitet̄ ei⁹ ſctitatē. Nā Mathe⁹ de
ſcribit eū vt ypocritaꝝ rephēſorē Mat. iij.
vbi rephendēs phariſeos dixit. Progeni/
es viperaꝝ q̄s dōmōſtrabit vob̄ fugere a vē
tura ira. Eſt nata vipe ſm̄ Cryſ. Cū mor/
det ad aquā fugit. ſꝫ ſi aquā n̄ īuēit moriet̄.
Et ē a foꝛꝫ picta ꝛ int⁹ venenoſa. Sic iſti ad
iohis baptiſmū currebāt p⁹ fctā mortifera
aliq̄n̄ vt cōmodū aſſeq̄rent̄. vt piculū mortꝫ
ſolum euaderent. tamē a foris erat pulcri.
intus autē veneno pleni. Scd̄o Marcus
deſcribit eū tanq̄ȝ penitentie p̄dicatorem.
Marci. j. vbi dr̄. Erat Johānes in deſerto
p̄dicans baptiſmū penitentie. Hoc ē. ꝙ p̄/
dicabat baptiſmū dandū ꝑ xp̄m in ꝓximo
venturū. vt dicit Lyra. Tertio Lucas d̄ſcri
bit eū tāq̄ȝ ſalubrē ꝯſultorē. Nam cuilibet
ſtatui ꝯſuluit ſalubriter. vt patet Luce. iij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nam turbis ꝯſuluit. Qui habet duas tunicas. det vnā nō habenti. Ubi ꝯſulit oibꝫ quibuſcūqꝫ ſupfluūt veſtimēta. cōſiderata ꝯuenienti neceſſitate ſtatus pſone ſm lirā vt dent talia ſupflua. Item publicanis et collectoribꝫ cenſuum q̄ ſolent eſſe proni ad plus colligendū q̄ꝫ ſit eis mandatuz. et q̄d eſt amplius eis remanet. cōſuluit. ne plus q̄ꝫ eſt eis mandatū exigant. Item militibꝫ. ne aliquē ꝯcutiant. ſcꝫ opprimendo pauperes et eos deſpiciendo. neqꝫ calūniādo. ſcꝫ ne imponerent falſum crimen diuitibus ⁊ potentibꝫ vt occaſionē torquēdi bona eoꝝ haberent. quia ꝑ aliā viā a talibꝫ bona capere nō poſſunt. ſed ait. cōtenti eſtote ſtipēdijs veſtris. que dabunt̄ eis ab imperatore ꝑ labore militie quē debent ſuſtinere in defenſione patrie. Nam ſm Lyrā reddit᷒ q̄s habent multi milites ꝑ hoīes ſibi ſubditos habent loco ſtipendioꝝ. ⁊ ideo debēt eſſe cōtenti. Quarto Johannes deſcribit eū tanq̄ꝫ ſupne lucis p̄cūrſorem. Johan. j. vbi dr̄. Fuit homo miſſus a deo. cui nomē erat Johannes. Hic venit in teſtimoniuz vt teſtimonium ꝑhiberet de lumine. Fuit autē iſta miſſio ſm Lirā. nō ſolū ꝑ internā miſſionē ſed etiā ꝑ expſſam dei miſſionez ⁊ opatōez exteriorē. lꝫ modus h᷒ opatōis nō ſit ſcript᷒. Un̄ idem Johānes dicit de ſe Joh. j. Qui miſit me baptiſare in aqua ille mihi dixit. Sup quē videris ſpm̄ deſcendentē ⁊c̄. Ecce nobiliſſimū eſſe teſtē ſupni luminis. i. filij dei. Secūdo teſtimonium ꝓphetaꝝ fuit firmiſſimū. Nam Iſaias ſanctificatus in vtero dicit Iſa. xl. Uox clamātis in deſerto. Xp̄s em̄ clamauit quaſi verbū dei patris. ꝑ Johannē tanq̄ꝫ ꝑ vocem. Quia ſicut vox verbū p̄cedit. ſic Johānes p̄cucurrerat ſaluatorez. Scd̄o Jeremias dicit eū ꝓphetā datū gentibꝫ q̄ntū ad exemplarē ꝯuerſatōem Jere. j. Prophetā in gētibꝫ dedi te. Tertio Malachias dicit eum angelū ꝓpter puritatē ⁊ officij nobilitatem Malach. iij. Ecce ego mitto angelū meum ante faciē tuā. Et idē xp̄s allegat Mat. xj. et Luc. vij. Quarto accedit teſtimoniū xp̄i. qui dicit eū omniū maiorē inter natos mulierum.

**Dixi tertio** q̄ beat᷒ Johānes fuit maxim᷒ in vita glorie citra xp̄m ⁊ eius matrē vt pie creditr̄. Eſt aūt duplex glīa in vita eterna. vna cōmunis. ⁊ alia ſingularꝭ p̄mij eterni. Prima vocat̄ p̄miū ſubſtantiale. Scd̄a vocat̄ p̄mium accidētale. Prima compat̄ corone auree. Scd̄a aureole. Cōſiderando igit̄ in btō Johanne p̄miū eſſentiale habet coronā ſextuplicē. ſcꝫ ſtat᷒ nat̄e angelice. ſtatus innocētie. ſtat᷒ p̄triarchalis. ſtat᷒ pōtificalis ſtat᷒ regalis. ⁊ ſtat᷒ ꝓphetalis. Et iſti ſūt ſex ſtat᷒ q̄ p̄ceſſerūt xp̄m. Habet etiā coronam ſtatuū q̄ ſequūt̄ xp̄m. ſcꝫ aploꝝ. martirum. ꝯfeſſoꝝ. doctoꝝ. virginū. ⁊ religioſoꝝ. Et ſic habꝫ coronā duodecim ſtellaꝝ. Quo ad p̄mā coronam auree dr̄ in ps. Corona aurea ſup caput ei᷒. Sꝫ ad ſcd̄am. ſcꝫ coronā aureole dr̄. Poſuiſti dn̄e ſup caput eius coronā de lapide p̄cioſo. Un̄ nō ſolū poſita eſt corona ſꝫ etiā ỽe magna corona. q̄a magna eſt glīa eius in ſalutari tuo. gloriam et magnū decorē imponēs ſup eū. Unde de ipo poteſt dici illud. Dn̄e p̄ueniſti eū in benedictionibꝫ dulcedinis. poſuiſti i ca. ei᷒ ⁊c̄. Nō em̄ vna bn̄dictōe bn̄dict᷒ eſt aut p̄uentus ſed pluribꝫ. Nam magna fuit p̄uentio in amotione culpe Eccī. xxxix. Benedictio illi᷒ q̄ſi fluui᷒ inundabit. q̄ ſcꝫ lauet ſordes. Unde bn̄ dicit. p̄ueniſti. ſcilꝫ ab īmunitate pctī ante ortū in mundū abluiſti. quo nos oēs fedamur. ⁊ q̄ſi maledictiōe p̄uenimur. Eſt tamē differētia inter ipm ⁊ xp̄m. Quia xp̄s etiā ante ꝯceptōez fuit p̄uent᷒ ab īmunitate peccati. ſꝫ Johannes poſt ꝯceptōez ante tn̄ natiuitatē ſuā. Scd̄o p̄uentus eſt in collatione grē Gen̄. xxvij. Det tibi deus de roze celi ⁊ de pinguedine terre abundātiā. Sed q̄ꝛ parū fuit dare donū gratie niſi etiā daret donū ꝑ quod ꝯſeruaret grām. Ideo p̄uenit eū in ꝯſeruatōe grē Deutro. xxxiij. Benedictio illius qui apparuit i rubo veniat ſuper caput Joſeph. Sed quia parum eſſet conſeruare gratiam equaliter cum ceteris niſi etiā multiplicaretur eadez gratia. ideo preuenit eum in benedictione multiplicando gratiam Hebreoꝝ ſexto. Terra ſepe venientez ſuper ſe bibens imbrem et germinans herbaz oportunā illis a quibꝫ colitur accipit bn̄dictōez a deo. Iō Ps. Benedictōez dabit legiſlator. ibūt de ỽtute in ỽtutē. Sed quia iſta oīa ꝑ nihilo valerent ſi deeſſet largitas glorie. Ideo deus beato Johanni maiorem contulit his omnibꝫ benedictōnibꝫ. ſcꝫ in glīe largitione Eccī. xj. Benedictio dei in mercedē

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iuſti feſtinat. Hec ſūt benedictiões dextre quas vocat merito benedictiões dulcedi/nis. Siniſtre amaritudinis ſunt que con/ſiſtūt in collatiõe dignitatū ⁊ diuitiaꝝ. Habet aūt ſanctus Johãnes excellētiſſimam coronã aureole inter ceteros ſanctos. eo ꝙ ſimul collectas habet tres aureolas. ſcilicꝫ virginū. martirū. ⁊ doctoꝝ. Virginū quia fuit carnis ſue exterius mortificator. vt pꝫ ex vite auſteritate ſuperius deducta. Se/cundo doctoꝝ. quia fuit ꝑdicator tam iu/deorū ꝙ̃ gentiliū. Quia romanis militibꝫ qui tunc erant gentiles apud Herodem ⁊ Pilatū. formam viuendi ꝑdicauit. ⁊ diuer/ſos ſtatus informauit vt ſuperius dictū ē. Tertio martirū. quia intrepide caput gla/dio ſubmiſit. Ideoq̃ꝫ magna eſt glīa eius ī ſalutari tuo deus ⁊c.

## ¶ De ſanctis Petro et Paulo
## ¶ Sermo. XXX

**Beatus es ſimon petre.** Math. xvj. Si iuxta apo/ſtoluꝫ laus et honor debet̃ omni credenti in xp̄m. vt dr̃ Roꝝ. ij. Quanto ma/gis laus ⁊ honor debet̃ illis q̄ nõ ſolum ipi crediderūt in xp̄m veraciter. ſed etiã pluri/mos ad credendū in xp̄m induxerūt. Hu/iuſmodi fuerūt iſti duo ſancti apoſtoli Pe/trus ⁊ Paulus. quoꝝ hodie ſolennia cele/bramus. qui inter apoſtolos ꝑmatum ob/tinēt. ideo quia maiora ꝓ fide xp̄i pertule/runt certamina. Merito igit̃ beatus Pe/trus meruit a xp̄o audire inter ceteros ver/ba thematis noſtri. Beatus es ſymon Pe/tre. In quibꝫ verbis btūs Petrus excellē/tiſſime reddit̃ commendabilis ex eius ſin/gulari dignitate. Non eñ a creatura ſed a creatore recepit teſtimoniū. Chriſtꝰ eñ no/uit in hoīe quid ſit. Vnde dicit̃ Joh. Et ideo quia nouit corda ⁊ renes ⁊ abſcõdita cordis ſcrutat̃. falli ⁊ decipi nõ pt̃. Cū ergo Petro dr̃. Beatꝰ es ſymon Petre. cõmen/dat Petrū nõ ꝑ ceteris ſingulariter ſꝫ pre ceteris excellēter. Tripliciter igitur cõmē/datur in verbis noſtri themat̃ ꝓpter tres cauſas. ex quibꝫ merito dici poteſt beatus. Primo nãq̃ꝫ redditur cõmendabilis et ve/nerabilis tanq̃ꝫ oĩa ꝓ chriſto relinquens cum dicitur. Beatꝰ es. Secūdo reddit̃ cõ/mendabilis et venerabilis tanq̃ꝫ chriſtum fideliter confitēs. cum dicit̃ Symon. Sy/mon eñ interpretat̃ confitens. Tertio red/ditur cõmendabilis et venerabilis tanq̃ꝫ chriſtū ardenter diligens. cū dicit̃. Petre. Petrus eñ interꝑtatur cognoſcens vel di/ligens.

¶ A ¶ **Dixi primo** ꝙ beatꝰ Petrus redditur cõmen/dabilis ⁊ venerabibis tanq̃ꝫ oĩa ꝓ chri/ſto relinquēs. cum dicit̃. Beatus es. Circa quod ſciendū. ꝙ licet ceteris ſtatibꝫ debet̃ beatitudo. tñ̄ ꝑcipue paupꝑtati voluntarie. Vnde licet beati ſūt miſericordes. qꝛ ope/ribꝫ miſericordie inſiſtētes multa ꝓ deo di/miſerūt. Juxta illud. Diſperſit dedit pau/peribꝫ. De quibꝫ dr̃. Beatꝰ qui intelligit ſu/per egenum ⁊ pauperē. Multo tñ̄ beatior eſt q̄ oĩa ſimul ꝓ xp̄o reliquit. vt chriſtuꝫ expeditius ſequeret̃. Secūdo infero ꝙ re/linquentes ꝓ xp̄o ꝓpria in beatitudine glīe ꝓpinquiores xp̄o erūt. et q̄dãmodo ceteris digniores apparebūt. Iſtud patet ꝑ illud Math. xix. Vos qui reliquiſtis omnia et ſecuti eſtis me. in regeneratõe cū ſederit fi/liꝰ hoīs in ſede maieſtat̃ ſue. ſedebit̃ ⁊ vos ſuꝑ ſedes iudicãtes duodeci tribꝫ iſrl̃. Ibi apparet ꝙ eis ꝓmittit iſta duo. ſ. iuxta ſe ſeſ/ſionē. cū di. Cū ſederit filꝰ hoīs ſedebit̃ et vos. Scđo iudiciariã ꝑtãtē ꝑ approbatõeꝫ cū di. Judicãtes duodecim tribꝫ. Vnū Job xxxvj. Judiciū paupibꝫ tribuit. Cū ꝑ btūs petrꝰ ꝓ xp̄o oĩa reliq̄rit vt dr̃ Mat. iiij. nec ſolū reliq̄t voluītarie ſꝫ etiã ꝓmptiſſime ⁊ fa/cilime. Nã vt ibidē dr̃. ꝙ mox vt voceꝫ dñi audiuit relict̃ oībꝫ cū fratre Andrea ſecu/tus eſt xp̄m. ꝓpter q̄d appellatꝰ eſt Symon id eſt. obediens. Certe magna obedientia Nihil eñ dixit. inducias nullas petijt. im/poſſibilitatē non allegauit. Vnde admirat̃ Gregoꝰ. omelia ſuꝑ Matheū dicens. Ad vnius iuſſionis vocē Petrus et Andreas relictis omnibꝫ ſecuti ſunt xp̄m. Nulla euꝫ adhuc miracula facere viderãt. nihil ab eo de ꝑmio eterne retributiõis audiuerant. ⁊ tñ̄ ad vnū dñi ꝑceptū h̄ q̄d poſſidere vide/bant̃ obliti ſunt. Ex q̄ ibidē Grego. ſtatim noſtrã arguit inaduertentiã et negligentiã dicens. Quanta nos miracula eiꝰ vidimꝰ. q̄t flagellis affligimur. q̄ntis minarū aſpe/ritatibꝫ deterremur. ⁊ tñ̄ vocantē ſequi con/temnimꝰ. Et poſt pauca. Quid igit̃ in eius iudicio dicturi ſumꝰ. qui ab amore mundi nec ꝑceptis nec verberibus deterremur.

Sed quereres quid Petrꝰ magni pro
xp̄o reliquit. q̄ nihil p̄ter rethe ⁊ nauē ha/
buit. Ad q̄d rn̄deo ſm̄ Gre. In hac re ma
gis ↄſiderat affectꝰ q̄ꝫ cenſus. Multū em̄
reliq̄t q̄ totū deſideriū habendi finalr̄ re/
liquit. Unde ſi Petro poſtea fuiſſet impiū
romanū oblatū. ſi oēs diuitie gēmaꝝ indie
Auri arabie. aut hyſpanie. Delicie Troie.
Alexandri honores. Salomonis gloria.
aut quecūq̄ꝫ maiora hoꝝ excogitari poſſēt
Petrꝰ omnia rēnuiſſet de cetero ꝓ chriſto.
vt dicit ſocius ſuꝰ Paulus. Om̄ia arbitra/
tus ſum vt ſtercora vt xp̄m lucrifaciā Nec
mirū. Sciebant em̄ quia leuius currit ad
portum nauis vacua q̄ꝫ onerata. Sic leo
dū venatores ip̄m agitātes ſentit ventreꝫ
cibis euacuat. Sic ſymea dum agitatur a
venatoribꝫ. licet filios multū diligat quos
ſecū portat niſi eos a ſe reiecerit. faciliter ī
manus venatoꝝ incidit. Sic ceruus duꝫ
ſe grauari pinguedine ſentit latebras que/
rit ⁊ paſtum fugit vt macer expeditius fu/
giat. Sic fecerunt iſti apl'i. q̄ ſcientes xp̄m
nō poſſe aliter melius ſequi. nec beatitudi
nem ↄſeq̄ q̄ꝫ p exonerati ōem diuitiaꝝ om/
nia reliquerūt. Unde dicit de ipis Bern̄.
Beate Petre nō ad inſipientiā tibi om̄ia
reliquiſti. Sciebas eī q̄ ſequi nō poteras
oneratus. Qui em̄ oneratꝰ vix p terraꝫ va/
dit. q̄uō in celū aſcēdere poterit. Sꝫ di.
Dn̄e iſta ſunt dura. Nam ſic oportet nos
eſſe monachos. et p ↄn̄s nullus eſt verus
xp̄ianꝰ q̄ nō om̄ia p xp̄o reliquit. Ad quod
ego rn̄deo. Conſtat bn̄ xp̄ianū eſſe cū diui
tijs. Unde ſi q̄s nō poteſt dimitt̄e realiter
dimittat ſaltim affectualiter. Dimittat er/
go pctm̄ q̄ aīa maculat. Dimittāt ſecl'ares
vanitates. q̄bꝫ ad vana ptrahunt. Dimit/
tant ꝓpriam voluntatē qua in ſupbiam ele/
uantur. Dimittāt ↄcupiſcentiā auaricie. q̄
ſemp ad cōgregandū illicite diuitias iniu/
ſtas impulſant. Unde Johānes in cano/
nica ſua. Non dicit. Nolite habere ea q̄ in
mūdo ſunt. ſꝫ nolite ↄcupiſcere. Omne em̄
q̄d eſt in mūdo. aut eſt ↄcupiſcētia carnis.
aut ↄcupiſcentia oculorū. aut ſupbia vite.
Nec Dauid dixit. Diuicie ſi affluant noli/
te eas recipe. Sꝫ dixit. nolite cor apponere
Nec aplꝰs dixit. i. Thimo. vj. Diuitibꝫ p̄ci
pe om̄ia dimittere. Sꝫ dixit. p̄cipe eis nō
ſublime ſape. nec ſperare ī incerto diuitiaꝝ
bene agere. facile tribuere.

Dixi ſecundo q̄ beatus pe
trus reddit
cōmendabilis et venerabilis tanq̄ꝫ xp̄m fi
deliter cōfitens. cū dr̄. Symon. Symon
em̄ interp̄tat ↄfitens. Petrus autē confeſ/
ſus eſt xp̄m verū dei filiū. Nam alijs dicē/
tibꝫ eū eſſe helyam. alijs Jeremiā. alijs Jo
hannē baptiſtā. alijs vnū ex ꝓphetis. Rn̄dit
Petrus. Tu es xp̄us filius dei viui. Sup
cuius ↄfeſſionē xp̄s fundauit eccl'aꝫ ſuam
Sicut h̄ dr̄. Sup hāc petrā edificabo ec/
cleſiā meā. i. ſup hanc fidē confeſſionis tue.
Propter quā fidem etiā meruit a xp̄o bea
tificari. Nam ei dictū eſt verbum thematꝭ.
Beatꝰ es Symon bariona. q꞉ caro et ſan
guis nō reuelauit tibi. Habuit autē iſtam
fidē tripl'r. Primo in corde. Corde em̄ cre
ditur ad iuſticiā. Roꝝ. x. Scdo habuit eā
in ore. quia ore ↄfeſſus eam ad ſalutē ſuaꝫ
et alioꝝ. Tertio habuit eam in ore. quia ꝓ
fide mortē ſubijt ſub Nerone imperatore.
Ex talis fides eſt pfecta. Alioq̄n fides in
corde ſine oris ↄfeſſione dum opus eſt. et
ſine operibꝫ ē mortua. vt dr̄. ij. Jacobi. Nā
demones ſic credunt ⁊ ↄtremiſcunt. Certe
multi ſunt hodie de q̄bꝫ dicit aplꝰs. Con/
fitent ſe noſſe deum. factis autem negant.

Sūt aūt triplices hoīes inter chriſtia/
nos male fidei. Primi ſunt q̄ credūt corde
tm̄. Et ſunt illi q̄ omnibꝫ aſſentiūt quecun
q̄ꝫ p̄dicant. ſed tn̄ nō faciūt iuxta illa q̄ in p̄
dicatiōe fidei audiūt. Iſta fides eſt demo/
nū. q̄ etiā inuiti om̄i veritati aſſentiunt. vt
dicit Jacobꝫ. Alij ſunt q̄ corde credunt et
ore ↄfitent tm̄. ſed nūq̄ꝫ ſe ad opa extēdūt.
Sicut illi q̄ de fide multa dicūt predicant
inſtruūt. ſꝫ opa fidei ↄtraria agunt vt ypo/
crite. De q̄bꝫ ſaluator dicit. Populus h̄ me
labijs honorat. cor aūt eoꝝ longe eſt a me.
id eſt. operatio ex corde pcedēs. Tertij ſūt
q̄ nec corde nec ore credūt nec ↄfitent. ymo
q̄d deteriꝰ eſt. ↄtrariū ⁊ ipi credūt ⁊ alijs p̄
dicant. ſicut heretici. Et iſti ſunt peſſimi.
Iſti ergo nō merent beatitudinē ſed penā
eternā. Juxta illud. Qui xp̄o nō crediderit
ↄdemnabit. Marci vltio. Ultra iſtos ſūt
alij q̄ credūt corde ex deuotiōe. ⁊ ore ↄfitē/
tur fidem. tp̄e oportuno ſe offerente. et ali/
os a ſe docent ⁊ inſtruūt ad edificationem
et cū h̄ operant ſm̄ ea q̄ docent. Et iſti ſūt
veri beati Petri imitatores. De q̄bꝫ Mat.
v. dicit xp̄s. Qui aūt ſic fecerit ⁊ docuerit h̄

magnus vocaꝛ in regno celoꝝ. Et vere nō
ſolum in futuro ſed etiā magnus in pn̄ti
eſt qui ſic credit. Et hoc quantū ad plura
etiā in pn̄ti. Nam pmo magnus eſt apud
deū. Quia per talē fidem obtinet remiſſio
nem peccatoꝝ. Per talē em̄ fidē remittun
tur peccata. Secundo magnus eſt. Quia
talis mereꝛ demonioꝝ expulſionē Marci
vltimo. Signa autē eos qui crediderint
hec ſequenꝛ. Et ſequiꝛ. In nomīe meo de/
monia eĳciēt. Tertio talis fides meretur
optatoꝝ conſecutionē. Iuxta illud Mar/
ci.xĳ. Omnia queciiq; orantes petitis cre/
dite quia accipietis. et euenient vobis. Et
Jacobi.j. Poſtulet in fide nihil heſitans.
Iſtud patet de Alexandro magno. quia li
cet paganus. tamen quia credidit potentie
dei. ad ipi⁹ petitionē de⁹ ɔcluſit filios cap/
tiuitatꝭ decem tribuū inter mōtes caſpios
qui ibi detinebanꝛ ꝓpter ydolatriā per eos
cōmiſſam. Unde Joſeph⁹ ait. Deus quid
facturus eſt ꝑ fidelib⁹ ſuis. ſi tantū fecit ꝑ
infidelib⁹. Idem patet de regulo. Johan.
iiij. Ad cuius fidē xp̄s ſanauit filium ſuū.
Idem de Centurione. cui ꝑ ſola fide pu/
er ſanatus eſt. Math. viij. Ultimo fides
cōfert beatitudinē ⁊ eternā benedictionē.
Joh.xx. Beati qui nō viderūt et credide/
runt. Ubi Grego. dicit ꝙ in hac ſententia
ſumus nos ſignati qui eū quem carne nō
vidimus mente tenem⁹. ¶ L ¶

¶ Dixi tertio ꝙ in verbis pmiſſ beatus Petr⁹ red/
diꝛ cōmendabilis tanq̄ xp̄m ardenter di/
ligens. cum dr. Petre. Petrus em̄ dicitur
agnoſcens vel diligens vel firm⁹. Ipe em̄
xp̄i diuinitatē ceterꝭ clarius agnouit. agni/
tam dilexit. et in eius dilectione poſtea fir/
mioꝛ extitit. et ꝑ conſequēs tres ſtatus in ſe
expreſſit. ſcʒ incipientiū. proficientiū. ⁊ per
fectoꝝ. De ipius autē dilectiōe qua arden/
ter xp̄m dilexit habeꝛ Joh.xxi. vbi dicitur
ꝙ xp̄s eum ter interrogauit an eum dilige
ret. Et ipe reſpondit ter dicēs. Tu ſcis qꝛ
amo te. Cui xp̄s cōmendando vniuerſalē
eccleſiā dixit Paſce oues meas. Bene ergo
querit ab eo. Symon diligis me pl⁹ his.
Quaſi expreſſe diceret. Ille q̄ eligiꝛ ad offi
ciū plationis debet deū diligere p̄ ceteris
Quia ſm Greg. em̄ debet p̄cedere actionē
populi vita pſulis. quantū diſtata grege vi
ta paſtoris. Et ideo videꝛ ꝙ ille q̄ aliquem
eligit ad tale officiū teneꝛ ſemp eligere me/
lioꝛē. Non tn̄ intelligaꝛ melioꝛ. i. litteratioꝛ
vel aſtucioꝛ. ſed ille q̄ om̄ib⁹ ɔditionib⁹ pē/
ſatis melioꝛ eſt tali officio ad honoꝛem dei
⁊ eccl'e vtilitatē ſm iudiciū eligētis. Aliter
aūt ſi eligens aut pmouēs nō attendit ad
honoꝛē dei. et eccleſie vtilitatē nō videꝛ di
uinū iudiciū euadere. Et ſic cū dilectꝭ ſuffi
cit eligere. Ut aūt ſm iura dr de elec. c. Cū
nobis olim. et. c. Cum dilectꝭ. ſufficit elige
re ſufficientē. Hoc eſt ſm iudiciū humanū
per q̄d talis nō eſt puniēd⁹. cū ſm veritatē
aliqua mala pmittanꝛ humano iudicio in
correcta ꝓpter maioꝛa mala vitāda. q̄ tn̄ di
uino iudicio ſunt corrigēda. ſm quod dic
Aug⁹. li.j. de libero arbitrio. Sed quid di
cit Petrus xp̄o. audiamus attentius. Di/
cit em̄. Tu ſcis dn̄e quia amo te. Nō dicit
ſm Lyrā. plus q̄ alĳ. ſed abſolute reſpon
dit. quia expertus ꝓprie facultatꝭ in xp̄i nega
tōne nō fuit auſus vltra ſe efferre in xp̄i di
lectione. ſed ꝟitatē ⁊ ardoꝛē ſue dilectōnis
poſuit in iudicio xp̄i q̄ ſecreta coꝛdiū ſcru/
taꝛ. Unde ſequiꝛ. Et ɔtriſtat⁹ Petrus. quia
xp̄s dixit ei tertio. Amas me. Non eſt intel
ligendū ꝙ eſſet ɔtriſtat⁹ ex indignatiōe cō
tra xp̄m. qꝛ ter repetiuit querendo eū. non
acqeſcendo ꝟbo pmo ipi⁹ Petri. ſʒ fuit tur
batus. eo ꝙ ſciebat eū ſcire etiā om̄ia futa
ꝓpter q̄d timuit ex tali replicatiōe ꝙ chriſt⁹
vellet ſibi p̄dicere aliquē caſum ſuū futuꝝ
ſicut p⁹us fuit factū. Mat.xxvi. Mar.xiiij.
et Lu.xxij. Ubi p̄dixit ei negatōʒ futuram
Et ideo merito turbaꝛ Petr⁹. ꝓpter q̄d di/
xit ei. Dn̄e tu ſcis oīa. quia amo te. Quaſi
diceret. Tu ſcis om̄ia pn̄tia et futura. et iō
nūc ſcis qꝛ diligo te. Sed q̄d michi ſit fu/
turū neſcio. ſed tu ſcis. Ex quo patet ꝙ di
lectio Petri fuit magna maioꝛ et maxima
vltra alios aplos erga xp̄m. ſaltē ꝑ tunc cū
eum queſiuit. Nam Petrus iam tunc erat
paratus ⁊ diſpoſit⁹ ꝑ xp̄o om̄ia ɔtemnere
Et iſte eſt prim⁹ gradus dilectōis. quando
ꝑ amico bona noſtra nō p̄ōderam⁹. Canti
coꝝ vltimo. Si dederit homo ꝑ dilectio/
ne omnē ſubſtantiā ſuā quaſi nichil deſpi/
ciet eam. Fuit etiā diſpoſit⁹ tūc relinque/
re omnē affectū carnalē amicoꝝ filioꝝ vxo
ris ⁊ parentū ꝑ xp̄o. Et iſte eſt maioꝛ grad⁹
dilectionis. Math.xix. Om̄is qui relique
rit vxorem vel filios aut patrē aut matrē
Fuit etiā paratus tūc ponere animā pro



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

chriſto. Et iſte eſt maxim⁹ gradus dilectio
nis. Joh. xv. Maiorem hac dilectionē ne/
mo habet niſi vt animā ſuā ponat qs pro
amicis ſuis. Inſuper fuit tūc paratus po/
nere vitam ꝓpriam. Non ſolum pro perſo/
na chriſti inquantū occurreret eum iterū
mori ſed etiā ꝑ eius quolibet mīmo fideli.
Et iſte fuit intēſiſſim⁹ gradus dilectionis
ꝓpter q̄d xp̄us cōmiſit ſibi eccleſiā. quia in
eo cōſiderauit maximū zelū quē habuit ad
ſubditos xp̄i. ſicut patet in eo ꝙ vt dicitur
Math. xviij. queſiuit quotiens dimitteret
fratri in ſe peccanti. ⁊ de Johanne. q̄d eſſet
de eo futurū. Joh. vltio. Et ipm̄ ſepius de
diſpoſitiōe eccl̄ie ⁊ ſuoꝝ fideliū interroga/
uit. Ex q̄b⁹ omnib⁹ patet ꝙ xp̄s multū ſibi
ponderat animas fideliū ex quo ita ſtudio
ſe curam ipaꝝ Petro cōmiſit. Nec mirum
ꝑcioſo em̄ ſanguine eas redemit. quia per
mortē redemit. Unde dicit̄ Joh. x. Scd̄o
ex hoc habet̄ ꝙ cura animaꝝ nō niſi diligē
tib⁹ deū debet cōmitti. Unde nō eſt dictū
petro. diligas oues. ſed me. vt ſignificaret
quia mercenari⁹ eſt qui oues ꝓpter lanā tē/
poralis cōmodi diligit ⁊ nō honorem dei
in eis querit. vt dicitur Joh. x. Tertio ex
hoc habet̄ ꝙ curā animaꝝ ſuſcipiens de/
bet habere dilectionē dei ⁊ maiorē ceteris.
ſcꝫ vt diligat cordis affectiōe ⁊ opis exhibi
tione. Et quia hoc tertiū graue eſt. ido me
rito contriſtat⁹ eſt Petrus in tertia interro
gatione. Quia igitur beatus Petrus hec
tria habuit. ideo in dilectōe dei maioꝛ fuit
Et ꝑ cōſequens in gloria celeſti ſuꝑ alios
maioꝛ extitit. Ad quod nos ꝑducat. ⁊c̄.

¶ De viſitatiōe beate Marie v̄gīs. I
¶ Sermo. XXXI.

Benedicta tu inter
b mulieres. Luce p̄mo. Licet virgo
glorioſa mater dn̄i noſtri ihu xp̄i
omniū gratiaruꝫ copia ſit repleta. eo ꝙ ſic
eam angelus ſalutauit. Aue inquit gr̄a ple
na. Luce. j. Et ipſa de ſe dicit Eccl̄i. xxiiij.
In me om̄is gratia vite ⁊ veritatis. Tamē
de nulla virtute reddit̄ ſic cōmendabilis ſi
cut de virtute humilitatis. Unde ipa qua
ſi oblita omniū virtutū ⁊ gratiaꝝ de ſe dic̄.
Reſpexit humilitatē ancille ſue. Non mirꝝ.
quia nō eſt vita ſecurioꝛ et tutioꝛ ꝑuenien/
di ad regnū celoꝝ preter humilitatē ꝑ quā

et non aliā ipe xp̄s ⁊ mater ſua. ymo om̄es
ſancti maiores et minores ad regnū celoꝝ
peruenerūt. Nam de chriſto dicitur. Hu/
miliauit ſemetipm̄ formaꝫ ſerui accipiens.
De alijs ſanctis dicit̄ Iſaie. xl. Om̄is val/
lis exaltabit̄. quo ad maiores ſanctos. et
om̄is collis humiliabit̄. quo ad minores.
Licet autē p̄ncipiū huius vie ſit multū in/
fimū. tamen finis eius eſt ſummū. Nam fi
nis eius in p̄ſenti eſt gratia. Iuxta illō̄ Ja
cobi. iiij. Humilib⁹ dat gratiā ⁊ in futo glo
riam. Iuxta illud Job. xxij. Qui humilia/
tus fuerit erit in gloria. Cum igitur virgo
glorioſa fuerit ſumme humilis. eo ꝙ facta
regina celoꝝ ⁊ domina angeloꝝ ⁊ hominū
ſe ancillam appellauerit. Luce. j. merito ad
ſūmā bn̄dictionē peruenit. Hoc āt ꝙ ſe an
cillā humilē nominauit verbo. ſicut dixit
ſic fecit ⁊ opere cōpleuit tunc vicꝫ quando
Elizabeth cognatā ſuam viſitauit vt ei ſer
uiret in partu. Scd̄m Bernhardū. Uere
magna humilitas Marie q̄ habēs tā pre/
cioſum theſaurū totius mundi. vnigenitū
vicꝫ dei filiū. creatorē celi et terre. non de/
dignatur fatigari ad eius ſeruū Johannē
in vtero Elizabeth conceptū. Hanc hūi/
litatem Elizabeth cōſiderans in Maria
conticere nō valuit. ſed quaſi admirando
clamauit dicens. Unde mihi hoc vt veni/
at mater dn̄i mei ad me. Et qua quidē hu/
militate quid ꝯſequeret̄. ꝯſequenter dixit.
Beata que credidiſti. qm̄ ꝑficient̄ in te que
dicta ſunt tibi a dn̄o. ⁊ eris benedicta inter
mulieres. vt dicūt verba noſtri thematis.
Circa verba noſtri thematis tria ſunt con
ſideranda. ex quib⁹ reddit̄ virgo intemera/
ta multum cōmendabilis ⁊ glorioſa. ⁊ hoc
ſc̄m triplicem eius in euāgelio p̄ſenti excel/
lentiſſimā virtutem. Uocat̄ em̄ humilis a
ſeipā. ab Elizabeth fidelis ⁊ credula. et ab
eadem mirabiliter ꝓclamatur genitrix fe/
cunda. Ac per hoc ex his omnib⁹ redditur
digne cōmendabilis tanq̄ꝫ inter mulieres
benedicta. Primū tangit de ſe dicens. Re/
ſpexit humilitatē. Scd̄m Elizabeth dicēs
Beata q̄ credidiſti. Tertiū cū addit Unde
michi hoc vt veniat mater domini mei ad
me.

¶ A ¶

¶ Dixi primo ꝙ virgo btā red
ditur cōmenda/
bilis ex virtute humilitatis. Circa q̄d ſciē
duꝫ ꝙ virtus humilitatꝫ inter oēs v̄tutes.

reddit cōmendabilis ex quattuor. Primo
ꝓpter gratie impletionē. Secūdo ꝓpter im-
plete augmentationē. Tertio ꝓpter augmē
tate ꝯſeruationē. Et quarto ꝓpter cōſerua
te vel ꝯfirmate glorificationē. Primo nāq̄
humilitas meret gratie impletionē. iuxta
illud ps. Qui emittis fontes in conuallib9
id eſt. grām tuā preſtas humilib9. inter me
diū montiū ptranſibūt aque. Duo mōtes
ſunt due ſpecies ſuperbie. Quarū vna na/
ſcitur ex re tempali. alia ex re ſpūali. Inter
iſtos duos mōtes eſt vallis hūilitatis nō
delinās ad aliquā ſpēm ſupbie. Et in iſto
ſcʒ medio ptrāſibūt aque graꝝ. Secūdo
hūilitas replete grē meret augmētatōʒ. Et
h̄ poteſt oſtendi p tria exempla. Primo p
exemplū pupille. quia ſm Greg. quāto pu
pilla eſt nigrior ⁊ minor. tanto eſt lucidior
Sic ⁊ homo quāto eſt deſpectior coraʒ ſe
ipſo. tanto eſt maior corā deo Canticoꝝ. j.
